# LEGES NOVELLAE

## AD THEODOSIANVM

## PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS


| | | pag. |
|---|---|---|
| Conspectus subsidiorum et explicatio signorum | | VI |
| PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES | | |
| Cap. I. | De singulis legum novellarum syllogis | XI |
| Cap. II. | Codices corporis Maioriani (primae syllogae) | XXV |
| Cap. III. | Codices Breviarii (alterius syllogae) | XXXI |
| Cap. IV. | Codices tertiae syllogae | XLIII |
| Cap. V. | Excerpta. Breviarii epitomae. Varia | LV |
| | I. Ex syllogis Orientalibus excerpta | |
| | II. Ex syllogis Occidentalibus excerpta | |
| | III. Breviarii Alariciani epitomae | LXI |
| | IV. Breviarii minora | LXIII |
| | V. Libri latentes vel deperditi | |
| Cap. VI. | Legum novellarum editiones et apparatus | LXV |
| Cap. VII. | Crisis legum novellarum | LXXVII |
| | A. Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) | |
| | B. Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata | LXXXIX |
| | C. Leges novellae Anthemii | XC |
| Cap. VIII. | Constitutionum acceptores et tempora locique | XCI |
| | I. Constitutionum acceptores | |
| | II. Constitutionum tempora et loci | XCVI |
| I. | CORPVS LEGVM NOVELLARVM *THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI* IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM | 1 |
| II. | LEGVM NOVELLARVM *MARCIANI* IN ORIENTE PROMVLGATARVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT | 179 |
| III. | AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS *SEVERI ET ANTHEMII* | 197 |
| Index titulorum | | 209 |
| Corrigenda et Addenda ad vol. I et II | | 213 |

I.

# CORPVS LEGVM NOVELLARVM

# THEODOSII II.
# VALENTINIANI III.
# MAIORIANI

IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM.

# TITVLI LEGVM NOVELLARVM
# DIVI VALENTINIANI A.

***De apparatu conferas quae diximus p. 1.***

I (= BREV. VII). De indulgentiis reliquorum.

i] *sic Γ*, xxu (ii) *O*, uii *reliqui* indulgentis *X* relicorum *L*

II. De postulando.

ii] *sic Γ*, x *O*, theod. xxxiiii *Fuld.* **Δ* diui ualentiniani i *add.* **Δ*, ualentiani *add. Fuld.*

III. De successionibus curialium qui ad clericatum transierunt.

iii] *sic Γ*, xiii *O*, theod. xli *Fuld.* **Δ* successione *Fuld.* **ΔO* qui ad cl. transierunt *om. Fuld.* **Δ (add.* i) *O*

IIII. In damnum publicum elicitum non valere rescriptum nec specialia beneficia generalibus praeferenda.

iiii] *sic Γ*, xu *O*, theod. xlii *Fuld.* **Δ* in (de in *Fuld.*) damnum p. elicitum (elicetum *Γ*, *om. Fuld.* **Δ*) n. ualere rescriptum (*sic Γ*, u. scriptum **Δ*, ualo res scriptum *Fuld.*)] *om. O* nec (ne *Fuld.*) specialia (specualia *Fuld.*) b. g. praeferenda] specialia b. g. non pr. *O*, etc i **Δ*

V. De pantapolis ad urbem Romam revocandis et qui a tironum praebitione excusentur.

u] *sic Γ*, xu (i) *O*, theod. xliii *Fuld.* **Δ* ad urbem .... excusentur *om. O* orbem *Fuld.* romem *Fuld.* et qui .... excusentur] etc. i **Δ* a] ad *Fuld.* tirunum *Γ* praeuitione *Γ*, praebucionis *Fuld.* excusantur *Fuld.*

VI. De tironibus et de occultatoribus desertorum.

ui] *sic Γ*, xuii *O*, theod. xliiii *Fuld.* **Δ* et de (*sic Γ*, *om. Fuld.*) occ. des.] et occ. des. 3 **Δ*, *om. O addens* cap. iiii^or^.

VII. De palatinis.

uii] *sic Γ*, xuii (i) *O*, theod. xlu *Fuld.* **Δ* *add.* 3 **Δ*, *add.* cap. iii *O*

VIII. De invasoribus.

uiii] *sic Γ*, theod. xuiiii *Fuld.* **ΔΣ*, theod. xuiii *Ξ*, theod. xuii *O* *add.* 2 **Δ*, *add.* capitula ii *O*

VIIII. De reddito iure armorum.

uiiii] *sic Γ*, ii *O*, theod. xx *Fuld.* **Δ* reddito *om. O* armarum *Fuld.* i *add.* **Δ*

X. Neque domum divinam neque ecclesiam aut aliquam personam a quolibet munere publico excusandam.

x] *sic Γ*, uiii *O*, theod. xxi *Fuld.* **Δ* neque domum diuinam (diu. dom. **Δ*) n. eccl. aut aliquam personam (aut aliqua persona *Fuld.*, *om.* **Δ*)] nullam domum *O* a *om.* **Δ* quolibet *om. O* publico munere *Fuld.* **ΔO* excussandam *Γ* 1 1 *add.* **Δ*

---

*Γ Fuld.* **Δ (omittit* I) *OΣΞ (hi duo ad* VIII), *ad Brev. NXC (omissis numeris rubricarum) SLΨΘ.*

XI. De honoratis et quis in gradu praeferatur.

xi] *sic Γ*, xuiiii *O*, theod. xluiii *Fuld.* **Δ* quis in] qui sine *Γ* proferatur *Fuld.* *add.* i **Δ*

XII. De pecunia Afris credita et fideiussoribus eorum.

xii] *sic Γ*, iii *O*, theod. xxii *Fuld.* **Δ* afris] firis *Fuld.* et fideiussoribus (fedeiussoris *Fuld.*) eorum *om.* **Δ (addens* i*) O*

XIII [XVIII *Haenel*]. De tributis fiscalibus et de sacro auditorio et de diversis negotiis.

xiii] *sic Γ*, uiiii *O*, theod. xxiii *Fuld.* **Δ* fiscalibus] et fiscalibus *O* et de sacro .... negotiis *om.* **Δ* (*addens* i) *O* et de sacro auditorio *om. Γ* et de diuersis] *scrib. cum Γ (context.)*, et diuersis *Γ (lat.)*, uel de ceteris *Fuld.*

XIIII [XIII *Haenel*; BREV. I]. De fructibus inter maritum et uxorem expensis filiis vel heredibus non inputandis.

xiiii] *sic Γ*, xxi *O*, i *Brev.* uxorem] uxore eius *Ξ* expensis ..... inputandis *om. O* expensis] espensis *L*, et expensas *S^α* filiis .... inputandis *om. Fuld.* filio *N* uel] et *L* non] *sic Γ*, minime *Brev.*, *def. Fuld. O*

(XV [Theod. XXVII *Haenel*]). De siliquarum exactionibus.

XVI [XIIII *Haenel*]. De pretio solidi et ne quis solidum integrum recuset.

xui] *sic scrib. cum Phill. 1735 (context.)*, u *O*, theod. xxu *Fuld.* **Δ* et ne quis .... recuset *om.* **Δ* (*addens* i) *O* ne] nec *Fuld.* solidum] in solidum *Fuld.* integre *Fuld.* recusit *Fuld.*

XVII [XVI *Haenel*]. De episcoporum ordinatione.

xu *Γ*, iiii *O*, theod. xxiiii *Fuld.* **ΔΣ*, theod. xuiiii *Ξ* episcoparum *Γ* ordenacione *Fuld.*, ordinationem *Ξ* *add.* i **Δ*

XVIII [XVII *Haenel*; BREV. II]. De manichaeis.

xui *Γ*, xxii *O*, ii *Brev.* mannacheis *Θ**, mandatis *XC**

XVIIII [BREV. III]. De homicidiis casu factis necne.

xuii *Γ*, xxiii *O*, iii *Brev.* homicidio *XCS^β* casu factis necne] *sic Γ*, c. facto *XCS^β*, c. an uoluntate factis *reliqui*, *om. O*

XX [XV *Haenel*]. De corporatis urbis Romae qui ad militiam vel ad clericatum transierint revocandis.

xuiii *Γ*, ui *O*, theod. xxui *Fuld.* **Δ* romae .... reuocandis *om.* **Δ* (*addens* i) qui ad .... reuocandis *om. O* qui] et qui *Fuld.* clerecatum *Γ Fuld.* transeant *Fuld.*

XXI [XX *Haenel*; BREV. IIII]. De testamentis.

xuiiii *Γ*, xxiiii *O*, iiii *Brev.*

XXII [XXI *Haenel*]. De officio et de numerariis praefectorum praetorio.

xx *ΓO*, theod. xluiiii *Fuld.* **Δ* officio] offitiorum *Γ* et de] *scrib. cum Γ (context.) Δ*, et *Γ (lat.) Fuld.* **ΔO* numeraris *Γ* perfectorum *Γ* praetorio *om. Fuld. O* *add.* i **Δ*

---

*Γ (om.* XV. XVI*) Fuld. (om.* XV*)* **Δ (om.* XIIII. XV. XVIII. XVIIII. XXI*) O (om.* XV*) Σ Ξ (hi duo ad* XIIII. XVII. XVIIII. XXI*), ad Brev. NXC (om. numeris rubricarum) SLΨΘ.* XV *(om. numero) in schedis Cuiacianis tantum servatur.*

XXIII [XXII *Haenel*; BREV. V]. De sepulcri violatoribus.

xxi *Γ*, xxu *O*, u *Brev.* sepulcri] *sic* $S^{\beta}$, sepulc(h)ris *Γ et reliqui*, sepulcrum *SY* uiolatoribus] *sic* $ΓS^{\beta}$, uiolatis *L*, *om. reliqui*

XXIIII [XXIII *Haenel*]. De negotiatoribus.

xxii *Γ*, uii *O*, theod. xxuii *Fuld.* **Δ* neguttoribus *Γ*, neguciatoribus *Fuld.* *add.* i **Δ*

XXV [XXIIII *Haenel*; BREV. VI]. De libertis et successionibus eorum.

xxiii *Γ*, xxui *O*, ui *Brev.* libertis] liberatis $S^{\alpha}L$ et s. eorum *om. O* suggessionibus $S^{\alpha}L$, successoribus *ΨΘ* *add.* et paricidiis *Fuld.*

XXVI [XXV *Haenel*]. De confirmatione legum divi Theodosii Augusti quae latae sunt post Theodosianum.

xxiiii *Γ*, i *O*, theod. xxxu *Fuld.* **ΔΣΞ* confirmationem *Ξ* legum] *sic Γ*, legum (ll. **Δ*) nouellarum *reliqui* diui *om. O* augusti ..... theodosianum] *sic Γ*, *om. reliqui*

XXVII [XXVI *Haenel*; BREV. VIII]. De XXX annorum praescriptione omnibus causis opponenda.

xxu *Γ*, xxuiii *O*, uiii *Brev.* praescriptione annorum *C* praescriptionem *Ξ*, perscriptione *NX* omnibus .... opponenda *om. O* causis] caesis *N* apponenda $S^{\beta}$, opponendam *X*, opponendis *Γ* principium *add. Fuld.*

XXVIII [XXVII *Haenel*]. De principibus agentum in rebus.

xxuiii] *sic Γ*, xi *O*, theod. xxxuii *Fuld.* **ΔΣΞ* agendum *Σ* rebus] rebusos *Fuld.* i *add.* **Δ*

XXVIIII [XXVIII *Haenel*]. De navicularіis amnicis.

xxuii *Γ*, xii *O*, theod. xxxuiii *Fuld.* **Δ* amnicis] amicis *Fuld.*, *om. O* *add.* i **Δ*

XXX [XXVIIII *Haenel*]. De lampadariis.

xxuiiii *Γ*, theod. xxxui *Fuld.* **Δ* lampedareas *Fuld.* *add.* i **Δ*

XXXI [XXX *Haenel*; BREV. VIIII]. De colonis vagis et de advenis.

xxui *Γ*, xx (ix *superscr.*) *O*, uiiii *Brev.* de col. uagis] *ΓO*, de c. uaguis et eorum agnacionis *Fuld.*, de c. u. uel (et de $S^{\alpha}L$) agnatione (agnitione *XΨΘ*, agnationem *Ξ*, agnationibus $S^{\alpha}$) eorum *reliqui* et de (*om. ΣΞΨΘ*) aduenis *om. O*

XXXII [XXXI *Haenel*; BREV. X]. De confirmandis his quae administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata et de advocatis vel de ceteris negotiis.

xxx *ΓO*, x *Brev.* adfirmandis *Fuld.* his .... negotiis *om. ΨΘ* his *om. XC* quae] qui *Fuld.* administrantibus] ab adm. *O* uel .... gerentibus *om. O* sunt *om. O* donata] donate $Γ^{a}X$, data sunt *O* et de adu. .... negotiis *om. O* auocatis *XL*, aduocandis *Fuld.* negotiis] ..... is *L*, *om.* $S^{\alpha}$

---

*Γ Fuld.* **Δ* (*om.* XXIII. XXV. XXVII. XXXI. XXXII) *O* (*om.* XXX) *ΣΞ* (*hi duo ad* XXIII. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXI), *ad Brev. NXC* (*om. numeris rubricarum*) *SLΨΘ.*

XXXIII [XXXII *Haenel*; BREV. XI]. De parentibus qui filios distraxerunt et ne ingenui barbaris venundentur neque ad transmarina ducantur.

xxxi *Γ*, xxxii *O*, xi *Brev.* qui filios . . . . ducantur *om. ΨΘ* filios] filius *Γ*, filios (-us *Fuld.*) suos (suus *Fuld.*) per (ex *O*) necessitatem (-tate *Fuld. OΣΞNL*) *reliqui* distruxerunt *X*, uendiderunt *O* et ne . . . . ducantur *om. O* et ne] ut ne $S^{a}$, et *Ξ* barbaris] a barb. *Fuld.* nec *Γ* ad] a *Fuld.*, *om. ΣΞ*

XXXIIII [XXXIII *Haenel*]. De praediis pistoriis Afris deputandis.

xiiii *O*, theod. xl *Fuld.* **Δ* presidiis *Fuld.* pistoriis *om. O* deput.] depotandis *Fuld.*, restituendis *O* *add.* i **Δ*

XXXV [XXXIIII *Haenel*; BREV. XII]. De episcopali iudicio et de diversis negotiis.

xxxii *Γ*, xxxi *O*, xii *Brev.* episcopale *Ξ* iudicium *L*ᵃ et de *(om. XC)* diu. negotiis *om. ΓO*

XXXVI [XXXV *Haenel*]. De suariis boariis et pecuariis.

xxxiii *Γ*, [xxxiii] *O*, theod. xxxuiiii *Fuld.* **Δ* boariis] et b. *O* et pec.] et pecoariis *ΓΞ*, et pecorariis **Δ*, *om. O* *add.* i **Δ*

---

*Γ (om.* XXXIIII*) Fuld.* **Δ (om.* XXXIII. XXXV*) OΣΞ (hi duo ad* XXXIII. XXXV. XXXVI*) ad Brev. NXC (om. numeris rubricarum) SLΨΘ.*

# LIBER LEGVM NOVELLARVM DIVI VALENTINIANI A.

## I. DE INDVLGENTIIS RELIQVORVM.

i] Γ, xxuii *O*, uii *Brev. (om. C)* indulgentis *XM* relicorum *ΓL (lat.)*.

Nov. I, 1 (438 Iul. 8).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. FAVSTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quaecumque de provincialium levamine conferri praesentium rerum condicio patitur, prona benignitate clementiae nostrae relaxat humanitas. Quid est enim vel iustitiae tam proximum vel nobis magis familiare, quam piam manum porrigere defessis et eorum quos regimus angustiis in tempore subvenire? Praesertim cum defectui publico praeceptisque serenitatis nostrae subiectorum certatim semper famulentur obsequia, cuius devotionis meritum, recentium pariter votorum sacra festivitas, velut sub cuiusdam muneris debitis, exigit, ut ad occasionem praestandi alacrius incitemur, Fauste p(arens) k(arissime) a(tque) a(man-
1 tissime). Unde inlustris et praecelsa magnitudo tua secundum saluberrimam suggestio-
nem suam, quae proposito nostro placere gestiens cogitationes suas ad provinciarum remedia semper extendit, universis possessoribus hac pragmatici nostri auctoritate sciat esse consultum, ita ut, quidquid in reliquis superiorum temporum residere calculi publici ratio deprehenderit, in quartam usque indictionem per omnes provincias atque insulas Italiae, per Africam vero tertiae indictionis debita titulis fiscalibus eximantur. Quae cum nihil publico nomini proficiant, exhaustum tamen possessorem redimentemque semper indutias continuis dispendiis inquietant. Quod nunc omne et in perpetuum penitus remittentes nihil ex hac functione constituimus tabularia publica retinere omnisque recidivae calumniae aditus praestruentes praecipimus nihil exactoribus de praedictarum dumtaxat indictionum reliquis umquam, nihil licere iudicibus. DAT. VIII ID. IVL. RAVENNAE THEOD(OSIO) A. XVI ET FAVSTO V̄C̄. CONSS.

Γ

2 de prou. leuamine] *requiri videtur* prouincialium leuamini 3 proxime $\Gamma^{a}$ 7 recentium pariter uotorum] *scilicet nuptiarum a. 437 Constantinopoli cum Eudoxia celebratarum, cum qua a. 438 Ravennam ingressus est Valentinianus; cf. Marcellin. com. Chron. (Chron. min. ed. Mommsen II p. 79)* debitis] debetis $\Gamma^{b}$, debetum $\Gamma^{a}$ 8 pkaa] pok aa Γ 11 extendit] *Zirardinius*, expendit Γ hac] hanc Γ sciat] sciet Γ 12 ita *delendum* 13 in quartam usque indictionem] *a. 435 Sept. 1—436 Aug. 31* 14 tertiae indictionis] *eadem est; cf. Theod. 11, 28, 8* eximantur] extimantur Γ 15 nomini] nomine Γ proficiant] proficiat Γ 16 inquietant] inquietat Γ imperpetuum Γ 17 constituemus Γ 19 rauenna Γ 20 ā.] aa. Γ conss. Γ

---

Nov. I, 2 (440/441 ?).

IDEM AA. AD MAXIMVM II P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Remissio tributorum pro vastitatis qualitate concessa redivivae devotionis fomitem subministrat: neque ingruentibus morbis revocari sanitas potest, nisi industriam suam medicina praestiterit, Maxime p(arens)
1 k(arissime) a(tque) a(mantissime). Unde inlustris et praecelsa magnitudo tua pragmatici nostri tenore conperto sciat secundum suggestionem suam, quam tam possessoribus

1 ppo] pp. Γ 3 reuocare Γ medicinam Γ 3/4 pkaa] pok aa Γ 4 tua *om.* Γ 5 tenore] tenire Γ

utilem quam fisci commodis adprobamus, Siculum possessorem cum circumiectis insulis barbaricae vastitatis intuitu de eo censu, qui praesentibus chartis tenetur, septimam partem tributis fiscalibus oportere dissolvere. Syracusanus vero Catinensis Aetnensis Lilybitanus Thermitanus Soluntinus . . . . . . . . . .

*Γ (deficit pars extrema).*

6 utilem] utili *Γ* 7 barbaricae uastitatis] *pertinet ad Genserici Vandalorum regis a. 440 in Siciliam expeditionem* 8 oportere] portere *Γ* siracusanus *Γ* catheneusis *Γ* etnensis *Γ* 9 lilibitanus *Γ; cf. CIL. X p. 742* termitanus *Γ* solleutinus *Γ* *datam esse hanc constitutionem Maximo inscriptam, quem iterum praefectum praetorio fuisse annis 439. 440. 441 pro certo habemus (cf. nov. Valent. 3. 4. 7, 1. 10), post nov. Valent. 9 (440 iun. 24) utriusque novellae verba collata docent*

---

Nov. I, 3 [= BREV. VII] (450 Mart. 5).

IDEM AA. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS PLEBIS SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. Si vos liberique vestri valetis, bene est: nos exercitusque nostri valemus. Licet aliae occupationes extiterint, ultra differri non potuit: apud verecundam enim conscientiam mendacii genus est promissa tardare. Sciamus licet devotione possessorum fiscalia nulla vel parva deberi, tamen quod in huius discussionis officio et nullius et modici una eademque condicio est, evidenter exponimus, cur designatae necessitati placeat subveniri. Putabitur enim
1 coniventia, nisi nostro studio corrigatur. Quantum ad propositum nostrum adtinet, provincialibus undique volumus esse consultum et diversis fessos incommodis sufficientibus beneficiis adiuvare. Verum obstitit invida plerumque subreptio, quoniam iam non potest tantum, quantumlibet intenta, cogitatio providere, ut inprobis etiam latentes nocendi
2 aditus obstruantur. Discussores ad provincias non electi, sicut conperimus, sed ambientes ire dicuntur, quod, nobis et proceribus nostris aliarum sollicitudinum mole constrictis, efficere inveniunt otiosi. Hoc modo facultates possessorum miserabiliter conciderunt: et hinc maius incommodum, unde remedia debuere certa provenire. Ubi trepidam provinciam talis discussor adierit stipatus calumniarum ministris, superbit elatus inter obsequia sumptuosa, expetit adminicula provincialis officii, scholares etiam saepe coniungit, ut multiplicato et hominum numero et officiorum, quantum avaritiae libuerit, terror ex-

---

1 idem aa.] *sic L*, imp̄p̄. (imp̄. *E*, imperatorum *G*, *om. Θ*) theod. et ualent. āā. *reliqui Brev.* consilibus *G*, *om. Paris. 4410* praetoribus] praesb. *XC* tribus plep *X* senatu *GXΘ* salutem (-tis *L*) dicunt *om. Ψ'* 1/2 si uos liberique . . . . ualemus *om. S* 2 est] esse *Θ* nostri] noster *GΦ*, uestri *Paris. 4413. 4415* ualemus] bene ualemus *G* occupationes] occasiones *GPM* 3 ultra] *scrib.* haec ultra deferri *ΔGΦΩ*$^{a}$ potuit] ualuit *Φ* uerecundam] uerecundiam *ΔMΨΘΩ*, uerecunda *EL*, uerecundia *Paris. 4410* conscientia *EΦΨ'Θ Paris. 4410* mendacii] pars (par *P*) mendacii *PM* 4 tardare sciamus] tarda. n̄estiam. *S* deuotione] *GS*, deuotionem *ΔO et reliqui* nulla] uel nulla *L* uel parua *om. O* 5 huius] huiusmodi *Ψ'* discutionis *M* officium *E* et modici (-ce *Δ Leid.*)] modici *L*, modi *G* una] unam *L*, *om. E*$^{1}$ condicio *om. O* 6 cur] cui *ΔOΨ'ΘΩ*, quae *XC* desiguata *C* necessitate *XCΘ Leid. Paris. 4408. 4410. 4413* placent *M* subuenire *EΩ Paris. 4410* 7 coniuentia] conscientia *ΨΘ* nisi] si *SΦ* adtinet . . . . 8 diuersis *om. Θ* 8 diuersos *GΩ* fessos incommodis] posterum sine commodis *G* 9 obstitit] obstat *ES*, quoniam obstat *O* inuida] *OEXCSΨ'Θ Paris. 4410*, inuidi *L*, inuidia *Δ et reliqui* quoniam (quod *L*) iam (*om. EΦΘ*)] et *O* 10 ut *om. OS* inprobis] probis *Θ* latentis *GLΨ*, latendis *S*, latentibus *O* nocendi] coercendi *Φ*, etiam nocendi *E* 11 obstruantur] *GC Paris. 4409*, obstruatur (abstruatur *L*) *ΔO et reliqui* discussores] nec discussores *E* electis *Δ* 11/12 ambientes ire] ambiente si dere *L* 12 nobis] nos *G* aliarum sollicitudinum (-em *Δ*)] aliut cum sollicitudine *GPM* mole] male *M*, more *ΔΨΘΩ*$^{1}$ *Paris. 4410*, mobile *X* 12/13 constrinctis *L* 13 efficere] efferre *E Pith. (ad Cuiac.)*, officere *Pith. (ad Cuiac. F*$^{2}$*)* inueniunt] *ΔO et reliqui*, incipiunt *GPM*, inueniuntur *editiones* otiosi] ocio sic *Δ*, otium si *Φ* facultatis *Δ* 13/14 conciderunt (concederunt *ΔL*)] conceditur *E*, conualiscunt *M* 14 et hinc] ut hic *G* maius] magis *OΦΨ'Θ* incommoda *O* debuere (*sic GS*, debere *reliqui*) certa] certa debere *Paris. 4409*, directa *OΘ* prouenere *O* trepidiam *Θ* 15 adierit] adiret *XCPM*, adire *G* stipatus] stipulatus *E* 16 officiis *ΔΘΩ* scholares] scolaris *L*, oscularis *Θ*, osculari is *Ω*$^{a}$, osculari si *Δ Pith. (ad Sichard.)*, obsonatores *O* saepe] spe *L* coniunge *G* 17 ut multiplicato et] *sic OESL*, multiplicatoque *G*, multiplicato et *Δ et reliqui* libuerit] cum libuerit *G* terror] error *XCPM*, terrore *L*, errore *G* 17/18 extorqueat] exerceatur *G*

torqueat. Prima sunt venientis exordia, ut proferat et revolvat super diversis numerosis-
que titulis terribiles iussiones: praetendit minutarum subputationum caligines inexplica-
bili obscuritate confusas, quae inter homines versutiarum nescios hoc amplius agunt, quo
minus intellegi possunt. Securitates expetunt annorum serie et vetustate consumptas,
quas servare nescit simplicitas et fiducia nihil debentis. Re vera enim aut, quoquomodo
pereunt, quasi iusta contingit occasio depraedandi aut, si extant, redimendum est, ut
ferantur accepto. Ita fit, ut apud inprobum rei arbitrum merito noceat chartula, cum
perit, nihil proficiat non perisse. Innumerae deinde clades, saeva custodia, suspendiorum
crudelitas et universa tormenta, quae interea, laetus et crudelitatis pertinax, egregius
quaesitor expectat. Collega furtorum palatinus hortatur, instat adparitio turbulenta,
urget inmitis executio militaris. Indignum facinus haec de civibus velut inter hostes
pecuniae placitis, non adlegationum iustitia, non miseratione finiri. Tanta vexatio cum
nihil umquam fisci utilitatibus prosit, tamen non desinit iterari quasi aliquid efficaciter
gestum: vixdum uno e provincia decedente cum novis auctoritatibus alter excurrit. Si
utilis publico esse non potuit qui ante perrexit, superfluum est ire alterum aeque pro-
3 vincialibus obfuturum. Hunc nos, p(atres) c(onscripti), fomitem perniciosi ardoris ex-
tinguimus nec patimur ulterius ad exhaustorum interitum desaevire. Nobis perit deterior
possessor effectus, nobis proficit non gravatus. Venduntur indutiae his qui non possunt
esse solvendo, cum dilationis redemptio publicam magis adtenuet functionem. Amittit
sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat. Superiorum igitur, p(atres)
c(onscripti), omnium temporum reliqua tam arcalium quam utriusque aerarii usque ad
incipientem primam indictionem iubemus ad indulgentiam pertinere: nemo prorsus quae-
libet usque ad designatum tempus transacta discutiat. Sola est numquam calumnianda
4 securitas, quam aeternitas nostra concedit. Licet hanc humanitatem cunctis ad quietem

**18** uenientes *ΔPMSL Paris. 4410* ut *om. Ψ'Θ* **18/19** numerosisque] innumerisque *Paris. 4409. Pith. (ad Sichard.)* **19** iussionem *Ψ'* pretendant *G* caliginis *ΔEL*, ambages *O* **20** nescius *LΨ'Θ Paris. 4410* agunt] habent *Paris. 4409* quo] quod *ΔGΘΩ Pith. (ad Cuiac.)*, qui *Ψ'* **21** possint *ESL* consumptos *C* **22** quas] quae *C* fiducia] fides *G* debentes *ΔSΘΩ Paris. 4410* quoquomodo] quomodo *$P^{a}$SΦ Pith. (ad Cuiac.)*, commoda *O* **23** pereant *Ω* quasi] *Φ Pith. (ad Cuiac.)*, aut quasi *ΔO et reliqui* contigit *GS* depraedandi] deprecandi *G* aut si extant . . . . . . **24** ferantur accepto *om. O* aut] *L*, ut *Δ et reliqui* **24** acceptum *ES* ut *om. Θ* arbitrum] *OL*, arbiterium *Θ*, arbitrium *Δ et reliqui* merito] et *O* noceant *$M^{a}$* cartulam *ΔOΘΩ* **24/25** cum perit] comperit *G $E^{b}$S*, conperiit *L*, *om. O* **25** nihil prof. n. perisse] non perisse et nihil proficiat *O* innumerae] innumero *E*, in munere *G*, innumerare *Θ* deinde] dando *E* cladis *Ω Paris. 4410*, clauis *G* saeua *om. O* custodia] custodiae *O*, custodiat *XCPM* **26** crudelitas] crudelitatis *Θ* uniuersa] uniuersorum *Ψ'Θ* quae interea laetus (elatus *Φ*, luctus *G*)] quae inter alitos *ΔΘΩ Paris. 4413*, inter quae *O* et] ad *Θ*, *om. $OΨ'^{a}$* egregius] egregiusque *LΦΘ*, et egregius *O* **27** expectat] excogitat *Ω* collega] collegia *O*, colligat *L* furtorum] futorum *L*, futurorum *Ψ'Θ Leid. Paris. 4413* hortatur] hortator *ΔΩ*, oratur *GES*, orator *OΨ'Θ* instat] instar *L* adparitio] apparatio *ES*, inparitio *G* **28** urget] *ΔOXC*, urgit *Θ*, urguit *Ω Paris. 4410*, urguet *GEPMSLΨ'* inmitis] inminis *PM*, inminens *G Pith. (ad Cuiac.)* haec] hae *S* ueluti *L* **29** alligationum *ΔX CMΨ'Θ* iustitiae *EL*, iusticiam *Ψ' Paris. 4410* miserationem *Ψ'*, miserationi *Θ*, per miseratione *E* **30** utilitas *PM* prosit] pro se *Ω* desinet *ΔGΨ'Θ Paris. 4410* iterare *ES* quasi] quas *E*, et quasi *O* **31** gesto *O* e] ex *G*, ea *L*, de *O* decedente] decidente *ΔE SLΨ'Θ Paris. 4410*, discedente *PM* nouis] nostris *E* auctoribus *G* **32** utiles *E* ire] in re *G* **33** hunc] hii *G* pc.] patres cons. *C*, patris conscripti *ΔL Paris. 4410*, prefectum *S* ardorem *G* **33/34** extinguimur *Δ* **34** alterius *Paris. 4410* exhaustorum] exactorum *GEΨ'Θ* deseruire *ΔGE Paris. 4410 Ψ'Θ* nobis *om. Θ* **35** possessor] posse *G* uinduntur *ΔΨ'Θ* his] uel his *E* **36** esse soluendo (-dum *$LΩ^{a}$*)] soluere *O* dilationis] dilatationis *EL*, dilationibus *ΔOΘΩ* redemptio] redempti *ΔOΘΩ* publica *ΔESΨ'ΘΩ* adtenuet] adtenuit *ΔESΨ'Θ Paris. 4410*, attenuant *O* amittet *M*, admittit *$Ω^{b}$ Paris. 4410* **37** commodo] quomodo *ΔGL Paris. 4410* **37/38** pc.] patris conscripti *ΔL*, praefectum *S* **38** reliqua tam (quam *S*) arcalium (*scrib.* arcalia)] reliqua tam mercalium reliqua *E* aerarii] aerarii debita *O* usque] iusque *ΔE* **39** incipientes *L* primam indictionem] *a. 447 Sept. 1—448 Aug. 31* iubemus] iubemus quod *S* **39/40** quaelibet] quolibet *ΔOE Θ Paris. 4410*, *om. Ψ'* **40** usque (neque *L*) ad designatum] modo per designatum *O*, ad designatum *Ψ'*, ad signatum *Paris. 4410*, designatum *ΔEΘ* discuciet *LΨ'ΘΩ* calumniandi *L*, calumniandam *Ω* **41** licet] et licet *O*

sciamus posse sufficere, tamen addimus, quo provisio nostra magis possit grata praestari:
nemini deinceps licebit ad hoc negotium arbitrio unius iudicis adspirare. Utrum mitti
debeat inspector, publicus tractatus ante deliberet sublimis viri parentis patriciique nostri
nec non magnifici viri praefecti praetorio, qui communionis utilitate virtutum suarum
magnitudinem nobiscum pervigiles et cogitant et tuentur: cum aulicis potestatibus pro
sua moderatione disponant, si iusta necessitas cogit, qualis persona mittatur. Nihil in-
pudenter audebit, quem elegit talium virorum examinatus adsensus. Necesse est ab eo
5 integritatis reverentiam custodiri, qui novit tot se custodes habere quot iudices. Aliter
pergenti ad provinciam et fortunarum et famae iubemus esse discrimen; revocetur publici
timore periculi, quem occulta cupiditas festinare conpellit. Similis condicio manebit
officium eius potestatis, quae discussorem mittere cupiens non fideliter suggesserit ad-
6 testatione gestorum formam mittendi quam statuimus debere servari. Sardiniam ab
hoc excipi placuit, quoniam apud nonnullos calliditate quadam maxima pars pecuniae
resedit, quam exactam publicis oportuit erogationibus adplicari: cum satisfecerit, ad
7 ipsam quoque beneficia nostra pervenient. Inlustris viri comitis rei privatae insinuatio
patefecit dudum nostram clementiam praecepisse intra Africam, sicut per alias provincias,
adiectione quinquennii pretium distractorum praediorum ab emptoribus debere suppleri;
palatinos super hac re olim directos necdum quid profecerint rettulisse. Quare nolumus
hunc titulum interpretationi huiusce iussionis adiungi, ne sub occasione orationis accepta
consumant. Dici enim reliqua non possunt, unde non residua pars, sed omnis quae
sperari potest summa debetur. ET MANV DIVINA: OPTAMVS VOS FELICISSIMOS AC FLORENTISSI-

---

**42** adimus Δ, addemus *L Paris. 4410* quo] quod *G*, qua *ΘΩ*, quae *O* prouisione nostra *Ψ'Θ* magis possit (posse *ΘΩ*) grata] intelligit magis grata posse *O* praestari] praesentari *S* **43** nemine *Θ*, neminem *GΩ* ad] ex *GPM* hoc] hunc $E^a$*S* negotium] negotio *G* mitti] menti *G* **44** inspector *om. O* publicus tractatus (-tatur *G*$E^a$) ante deliberet (liberet *XC*) sublimis (-mes *Ψ'Θ*, -mi *S*) uiri parentis (-tes *ΔELΨ'Θ Paris. 4410*) patriciique (patresque *G*) nostri (nostrae *Θ*)] ante sullimis uiri parentis patriciique nostri publicus tractatus deliberet *O* **45** nec non] nec non et *E Pith. (ad Cuiac.)*, nec *OΩ* magnifici uiri praefecti praetorio] *scripsimus*, magnificus uir p̄p̄o (*PM*, p̄p̄o. praetoris *G*, praefectus praetorio *verbis perscriptis plerique*, praepositus *S*) *libri* qui] desit qui *O*, *om. G* communionis] communis *S*, communiones *O*, *om. G* utilitate] *PM Paris. 4410*, utilitatem *plerique*, utilitatum *O* **46** magnitudinem] *Δ et reliqui*, magnitudine *OL* nobiscum] bonis cum *ΘΩ*, *om. O* cum aulicis (audaces *G*)] hi cum aliquibus *O* **47** disponent *Ψ'* iusta] iniusta *E* coget *PM* mittatur] amittatur *G* **47/48** inpudenter] impudentes *G*, inprudenter *ΔE Pith. (ad Cuiac.)* **48** quem] quamquam *G*, quam *Ψ'* elegit] elegerit *O* talium] alium *Ω* examinatus] *sic PM*, examinatur *XCΨ'Θ Paris. 4410*, examinetur *Ω*, examinator *ΔOSL*, examinato *E*, ex agmine *G* **49** reuerentia *EΨ' Paris. 4410* custodire *Δ Paris. 4410* se tot *OΨ'ΘΩ Paris. 4410* quot] *OGCS*, quod *reliqui* alter $P^a$ **50** pergentia *Δ*, peragenti *L* reuocetur] reuocentur *E*, reuocatur $P^2$, reuocatus *GPM*, reuocitus *XC* **51** timore] tenore *Pith. (ad Cuiac.)* pericli *G* occultae *Ω* conpellit] conpellet *XCPM*, contendit $G^1$ **52** officium eius] officii eius *S*, officium et uim *M* potestatis] qui potestatis *E* quae] qui *Δ* discussore *GL* non] si non *S* **52/53** adtestationem *EΨ'ΘΩ* **53** formam] *OES*, forma *Δ et reliqui*, normam *Paris. 4409* quem *Ψ'* deberi *Θ* seruare *GE* sardinam *L* ab] ob *L* **54** egcipi *Δ* quoniam] quod *L* nonnullos] nullos *Δ*, nonnullam *Θ* calliditatem *ΔG* pecununiae *G* **55** resedit] residet *XCPMΨ'* exactam] exacta *G*, ex tam *S* arrogationibus *G*, et rogationibus *L* adplicari (aplicari *L*)] adpublicari *Δ* **56** ipsa *GES* peruenient] peruenienti *ES*, perueniant *GXC* uiri *om. E* **57** praecipisse *L*, percepisse *Ψ'* per] in *G* **58** adiectionem *OGLΘΩ*, abiectione *Ψ' Paris. 4410. Pith. (ad Cuiac.)* pretio *OΨ'ΘΩ* ad eptoribus *G* deberi *SΘ* supplere *L*; *fortasse scrib.* inpleri, *videntur enim significari agri publici venditi ita, ut emptores pretia solvant post quinquennium* **59** palatinos] *ΔOGΨ'ΘΩ*, palatinus *reliqui* supra *L* directos] *ΔOGΨ'ΘΩ Paris. 4410*, directus *reliqui* profecerint] *OG*, proficerint *Θ Paris. 4410*, proficerent *ΔXCΨ'*, profecerit $E^a$, proficerit $E^b$*SL*, proficeret *PM* retulisset *L* **60** hunc *om. O* interpretationi] *editiones*, interpretationis *ΔO et reliqui*, interrogacionis *G* huiuscemodi *ΔL*, huiusc *G*, huius *S*, huiusmodi *Pith. (ad Sichard.)* iussionis] rationis *Paris. 4409* ne *om. E* orationis] iussionis *L Pith. (ad Cuiac.* $F^2$*)* **61** sed] sed et *GPM* omnis] omnes *ΔGEΨ'Θ*, hominis *S* **62** seperari *G*, sperari non *S* debeatur *GES* et manu diuina . . . . . . **64** et ad latus *desunt in omnibus libris praeter ESL Paris. 4414. 4415 cum Cui. ed. 1 et Pith. (ad Sichard.)* manu] humane *Paris. 4415* diuinae *E Paris. 4414. 4415. Pith. (ad Sichard.)* **62/63** felicissimos (-us *Paris. 4414*) ac florentissimos (-us *Paris. 4414*) nostrique (nostri *E Paris. 4414. 4415*) amant(amat- *Paris. 4415*)issimos (-us *Paris. 4414*)] *ES Paris. 4414. 4415 cum Cui. ed. 1 et*

NOS NOSTRIQVE AMANTISSIMOS PER MVLTOS ANNOS BENE VALERE, SANCTISSIMI ORDINIS P(ATRES) C(ONSCRIPTI). ET AD LATVS: DAT. III NON. MART. ROMAE D. N. VALENT(INIANO) A. VII ET AVIENO V̄C. CONSS. RECITATA IN SENATV PER V(IRVM) INL(VSTREM) PROCONSVLEM POSTVMIANVM PRID. ID. MART.

Haec lex interpretatione non indiget.

---

BREV. (*ΔOGEXCPMSL, item selectis tamen lectionibus Φ et decurtati Ψ'ΘΩ Leidensis Parisin. 4408. 4409 [= Vatic. reg. 1048 = Bern. 263]. 4410 [= Berol. Savignian.]. 4413. 4414. 4415. 9653). — THEODERIC. 144.*

*Pith. (ad Sichard.)*, nostrique amantissimos ac florentissimos nostrique amantissimos *L* **63** multis *L* ualere] habere *Paris. 4414*[a] sanctissimis ordinibus *S Pith. (ad Sichard.)* **63/64** p̄c.] *E Paris. 4414 cum Cui. ed. 1*, prec *Paris. 4415*, patris conscripti *L*, spectabiles *S Pith. (ad Sichard.)* **64** et ad latus] *E Paris. 4414. 4415 cum Cui. ed. 1*, et adlatos *S Pith. (ad Sichard.)*, et halatus *L*, sede elatos *Pith. (ad Sichard.)* **64/65** dat. iii (iiii *Paris. 4413. 4414. 4415, om. OΨ'Θ*) non. mart. rom. *(hic deficit L)* d. n. (domno n̄ro *Paris. 4408, om. ΔO et reliqui*) ualent. (ualentinus *S*) a. uii *(om. G)* et *(om. Ω)* auieno *(sic EXCS*, abieno *PM Paris. 4408*, habegeno *Pith. [ad Sichard.]*, albino *ΔO et reliqui)* ūc. (ūic. *Ω, om. GEPMS Leid. Paris. 4408*) conss. (consolibus ū cl̄ *E*) *libri* **65** recitata . . . . . . **66** id. mart. *desunt in omnibus libris praeter E Paris. 4414. 4415 cum Cui. ed. 1* recitata] lex recitata *Paris. 4414. 4415* in senatu] *Cui. ed. 1*, in senatum *E Paris. 4414. 4415* per u(irum) inl(ustrem) proconsulem] *scripsimus collatis constitutionibus Theod. 6, 4, 8. 9*, p̄ ū inl̄ s̄cs *E Paris. 4414. 4415*, per uirum inl. *Cui. ed. 1* postumianum] *E cum. Cui. ed. 1*, pasto(-a *Paris. 4414*)mianum *Paris. 4414. 4415* **67** haec *(sic ΔGΨ'Θ*, ista *EC, om. PM)* lex *(om. PM)* interpretatione (interpretationem *E*, expositione *C*) non indiget *(sic G*, indigit *E*, eget *ΔCPM*, egit *Ψ'Θ*)] *desunt OXS*

## II. DE POSTVLANDO.

ii] *sic Γ (lat.)*, x *O*, theod. xxxiiii **44 Fuld.* de postulando] *Γ (lat.) O (lat.) O (context.*[a]*)*, de postulando diui *(om. Fuld.)* ualentiniani *Δ Fuld.*, de causidicis *O (context.*[b]*)*.

Nov. II, 1 . . . . .

***Deficere constitutionem certe unam inde colligitur, quod Valentiniani tit. 1 incipit a constitutione data a. 438 Iul. 8, tit. 3 a constitutione a. 439 Aug. 28 et secundum ordinationes nouellarum requiritur his interposita constitutio medio tempore emissa.***

Nov. II, 2 (442 Aug. 13).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. FAVSTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Gaudemus admodum haec nobis amplitudinis tuae insinuatione suggesta, quae nostris concordare iudiciis privilegia dudum causidicis delata testantur, quorum ut merita maior beneficiorum nostrorum cumulus augeret, etiam novis insuper amplificamus indulgentiis. Quo enim impares honore credamus eos, quorum vitam et eloquentiam per tot officii huiusce annos non solum privatorum, verum etiam publicorum iudiciorum explorat auctoritas, Fauste

1 p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Inlustris igitur et praecelsa magnificentia tua laudabilium suggestionum suarum contemplatione hoc a nobis in admittendis retinendis honorandisque causidicis edictali lege noverit constitutum, ut in eo, qui se causidicorum numero optat adiungi, inprimis studia requirantur mores natales vel si perfunctus est muneribus, quibus patriae suae nascendi generositas debet esse munifica, neque per calumniam neque perfunctoria examinatione. Neque enim oportet eos, quos

---

**1** impp. th. et ual. aa. fausto p̄p̄o (preposito *O*)] *O Pithoeus, om. Δ* **3** causedicis *Δ* delata] prolata *O* maiore *Δ* **4** augere *Δ*, augeat *O* etiam] iam *O* nouis] *Pithoeus*, nobis *Δ*, nostris *O* insuper] *ΔO; scrib.* insuper eos indulgentiis] *O Pithoeus*, indulgentes *Δ* **5** impares] *O Pithoeus*, impar est *Δ*, *fortasse* inferiores honore] *Pithoeus*, onere *ΔO* eos] *O Pithoeus*, eorum *Δ* et *om. Δ* tot] *O Pithoeus*, totum *Δ* **7** p̄k̄āā] p̄k̄ *Δ* inlustra *Δ* igitur *om. Δ* magnificentia] *scrib.* magnitudo **8** tua *om. Δ* suggessionem *Δ* **8/9** retinendis] *O Pithoeus*, retenentur *Δ*, reuerenter *Pithoeus* **9** causedicis *Δ* **9/10** causedicorum *Δ* **10** requirantur] *O, om. Δ* natalis *Δ* **11** est] *requiritur* sit nascendi] *videtur scrib.* esse nascentis **12** per calumniam] *Δ*, calumpniosa *O* neque enim] *O*, que enim *Δ*, quaerantur etenim *Pithoeus*

semel adsciveris in seminarium dignitatum, non ita ad omnia esse defaecatos, ut idcirco
2 digni universis honoribus habeantur, quod advocati esse meruerunt. Quibus ad agendum viginti annos, non ut adpropinquare vicesimum, sed ut explere fas sit, legis huius auctoritate decernimus; in provincialibus vero foris si sedecim aut eo amplius numero advocati sint, unum ex his, qui in agendo annorum numero praestat, ad praetorianum forum, si hoc praefectura iubeat, avocari atque omnes sive utriusque praetorianae sive urbanae praefecturae causidicos expleto vicesimo vel ad alium vitae cursum maturius transeuntes quinto decimo advocationis anno vicariae dignitatis potestatem posse obtinere, ita ut in salutationibus nostris, in conventibus publicis omnibus, qui post se vicariae potestatem adepti erunt, merito praeponantur. Neque enim perpetiendum putamus huiusmodi dignitatem in his, qui advocatione functi sunt, imaginariam aut vacantivam videri, cum eam non gratiae singulorum, sed ipsi ordini et professioni iudicia nostra restituant, quamvis tam magno, tam necessario et tam sancto officio si servetur reverentia litterarum, etiam hoc parvum esse videatur, nisi illis salvum esset sperare cum omnibus, quod optimus quisque ac sibi bene conscius de nostris iudiciis non frustra
3 debet optare. Neque enim tali fine meritum professionis artamus aut futurae spei intercludimus viam, qui praeterita interim remuneramus. Nam ut nullis civilium officiorum oneribus aut exactionibus aut operibus publicis ad suggestiones numerariorum vel ad praeceptum sacrae nostrae huiusmodi hominum, emeritum si quis per supra memoratos annos in quolibet praetoriano sive urbano foro studium probatae defensionis inpendit, post diutinum laborem sollicitetur quies, providebit amplissimae praefecturae debita et iusta commotio, quae triginta librarum auri condemnationem ab officiis provincialibus vel suo ilico iubebit exposci, si quemquam ex his, qui praedicta observatione causis
4 patrocinia praestiterunt, ad huiuscemodi iniuriam suggerendum esse crediderint. His hoc etiam litteratae militiae contemplatione praestamus, ut, si in familia fuerint constituti, quidquid quolibet titulo positi in advocatione quaesiverint, tamquam peculium castrense defendant, ne praemium laboris alieni aut in alios transferat aut sibi vindicet
5 patrum potestas. Hanc autem legem edictis amplitudinis tuae omnibus iudicibus ac provinciis facias innotescere. PROP(OSITA) ID. AVG. ROMAE IN FORO TRAIANI DIOSCORO V̄C̄. CONS.

*Δ O Fuld. (incipit* 34 triginta, *finit* 36 praestiterunt*)*.

**13** non] *Δ O*, omnino *Pithoeus* def(a)ecatos] *O*, edificatus *Δ*, edificatos *Pithoeus* **14** ad agendum] ad aduocandum *O* **16** discernimus *Δ* si *om. Δ* numero *om. O* **17** unum] et unum *Pithoeus* **18** aduocari *O* **20** dignitatis] *O*, diguitatis ut *Δ*, dignitatis ius *vel* dignitatem uel *vel* dignitatis uim *Pithoeus* posse] *O*, que *Δ* **22** uicariam *O* perpetiendum] *O Pith. (ad ed. F 2240)*, perpetuendum *Δ*, perpetuandam *Pithoeus* **23/24** imaginaria aut uaca(n)tiua *Pithoeus* **24** uideri] uicariam *Pithoeus*, uidelicet *Pith. (ed. adnot.)* **25** seruetur] *O Pithoeus*, seruentur *Δ* **26** paruum] *O*, per uim *Δ*, peruium *Pithoeus*, parum *Pith. (ad ed. F 2240)* **29** qui] *Δ O*, quin *Pithoeus* remuneramus nam] *O Pith. (ad ed. F 2240)*, remuneratione *Δ* nullis] *O*, nullus *Δ* **30** suggessiones *Δ* **31** sacrae nostrae] s. n. iussionis *Pith. (ad ed. F 2240)* **31/32** emeritum si quis per s. m. anuos] ***scripsimus dubitantes***, meritum quod per *(om. Δ)* s. m. annos (egerunt *ins. O*) *Δ O* **32/33** impendit *Δ*, implendae *O* **33/34** debita et *om. O* **34** liberarum *Fuld.* condemancione *Fuld.* **34/35** prouincialibus uel suo] *Pithoeus*, prouincialibusue suo *Δ*, prouincialibus *O Fuld.* **35** ilico i. exp. si] iobebat exposici *Fuld.* qui *om. Fuld.* predictae *Fuld.* causas *Fuld.* **36** prestederunt *Fuld.* **37** familiam *Δ* **38** aduocationem *Δ* quaesiuerint] *Pithoeus*, quaesierint *O*, que si uellint *Δ* **41** facies *O* prop. id. aug. romae in foro traiani (troiani *Δ*) dioscoro *(ins.* romae *Δ)* ūc̄. cons. *libri*

Nov. II, 3 (443 Aug. 17).

IDEM AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ITALIAE ET AFRICAE. Ex adfectu publico convenit eorum necessitatibus subvenire, qui fatales miserias inciderunt: imperatoriae si quidem laudis est aliqua decreta mollire, quando vis maior inopinatae cladis

**1** idem aa. apollonio ii pp illirici aliae et africae *Pith. (Dupuy)*, impp. theodosius et ualentinianus aa. albino p̄p̄ illyrici *Cuiac. (obss.)*: *nomine mutato propter v. 4; recte ut videtur, nam iteratio non convenit Apollonio, convenit Albino* **2** in fatales *Cuiac. (obss.)* **3** laudis] ***Rittershusius***, uis maior laudis ***traditur***

1 ferale generarit incommodum, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Unde inlustris et praecelsa magnificentia tua pragmatici nostri tenore conperto sciat Afros, qui infortuniis hostilis cladis expulsi eiectique fortunis omnibus spem sui actus et conversationis solitae perdiderunt et imbuti studiis litterarum causas agere destinarunt sive agere iam coeperunt, apud omnes iudices his advocationis copiam remoto legis vinculo esse permissam, ut aerumnas, in quibus nunc sunt, tali possint remedio sublevare, praeter praetorianam togam forumque urbanum, in quo agendorum negotiorum licentiam tribus pietas nostra permisit. Nec enim non eos oportet studiis favorabilibus adiuvari, quibus hoc solum remansit, quod sibi non potuit vindicare captivitas. DAT. XVI. KAL. SEPT. RAVENNAE MAXIMO II ET PATERIO VV. CC. CONSS.

*CVIACIVS obss. libr. 16 (in editione operum eius [Neapoli 1722] tom. III. p. 471) c. 22 post constitutionem Valentiniani 2, 4 (v. infra):* 'His addam aliam constitutionem Valentiniani nondum editam'. — *PITHOEVS (describens omnino schedam Cuiacii, qua is deinde usus est edens 'observationes', quae laudantur in margine) in cod. Parisino Dupuy 702 f. 118:* 'ex vet. scheda lacera quae adglutinata erat involucro libri cuiusdam theologici a D. Cuiacio recepti'; *post haec:* 'Valentiniani novella de indulgentiis reliquorum' *(adscriptum* 'sine inscripti[one] tit.': *hoc spectat ad partem extremam nov. Valent. 1, 3 a Cuiacio in schedis suis repertam, sed spretam utpote notam ex Breviario); deinde* 'nouella de postulando' *(sequuntur nov. Valent. 2, 3 et 4 vv. 1—20).*

4 ferale] *Pith. (Dupuy)*, fatale *Cuiac. (obss.) et edd.* generarit] generant *Pith. (Dupuy)* 6 infortuniis] *Pith. (Dupuy)*, infortunio *Cuiac. (obss.) et edd.* 12 xui] *Pith. (Dupuy)*, xiii *Cuiac. (obss.) et edd.* 13 uu. cc.] *scripsimus*, uc. *Pith. (Dupuy), om. Cuiac. (obss.)*

Nov. II, 4 (454 Oct. 28).

IMPP. VALENT(INIANVS) ET MARC(IANVS) AA. STORACIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Multarum ..... in sanciendis legibus non solum sibi vindicat, verum etiam temporis ratio persuadet, non quod praeceptorum diversitas placeat, sed quod eventuum qualitas pensius facit esse iudicium et firmius constituto robur est, quoties priori sententiae magis magisque probata succedit. Dudum laxata lex exceptis inlustribus foris ceteris ac provincialibus perpetuitatem concesserat actionis. Sed nunc adcrescente pube et litterariae indolis iuventute aditi exoratique sumus, ne sub aliorum perpetuitate succedentium studiorum fervor evanescat. Quis enim se ei officio novus professor inserat, quod veteranus insederit, ut non sit tam auctor quam observator alterius? Et quia haec, quae ab homine caduca sunt, fiunt subrogatione perpetua, ne interdicentibus studiis ipsa pariter officia conquiescant, hac generali constitutione decernimus universa fora, tam inlustrium praefectorum praetorio ac praefecti urbi quam reliqua omnia, — — — — — — — Storaci p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris et praecelsa magnificentia tua lege salubriter constituta edictis propriis in universorum faciet pervenire notitiam, ut, quid erga servanda advocatorum tempora dispositio iusta praefixerit, et agnoscere valeant et servare contendant. DAT. V KAL. NOV. ROM(AE) AETIO ET STVDIO CONSS.

*V. 1—12: CVIACIVS obss. 16 (l. l.) c. 22:* 'Inveni novellam Valentiniani et Martiani ...... Proponam eius novellae verba quae habeo: ea enim tantum habeo, quae lacera quaedam vetus scheda dedit, quae adglutinata erat involucro libri cuiusdam theologici'. — *PITHOEVS in cod. Paris. Dupuy 702 f. 118 ex Cuiacianis (v. quae supra diximus ad novellam huius tituli tertiam).*

*V. 12—16: Γ (redit* 12 storaci).

1 storacio] *Cuiac. (obss.)*, storiacio *Pith. (Dupuy)* 1/2 multarum] *Pith. (Dupuy)*, multa *Cuiac. (obss.); videntur excidisse talia fere:* multarum [necessitas rerum nouarum dispositionem] in sanciendis legibus non solum sibi uindicat 4 constituto robur est] *Cuiac. (obss.) et Pith. (Dupuy) in margine*, constituto rubo est *Pith. (Dupuy)* 5 laxata] *Pith. (Dupuy)*, lata *Cuiac. (obss.) et edd.* 6 adcrescente] adcrescenti *Pith. (Dupuy)* 7 aditi exoratique] *Cuiac. (obss.)*, aditique exorati *Pith. (Dupuy)* 8 euanescat] *Cuiac. (obss.) et Pith. (Dupuy)*[b], euanescit *Pith. (Dupuy)*[a] se] si *Pith. (Dupuy)* officio nouus] *Cuiac. (obss.) et Pith. (Dupuy)*[b], officium nouis *Pith. (Dupuy)*[a]: *revocata scilicet lectione codicis a Cuiacio correcti* inserat] *Pith. (Dupuy)*, inferat *Cuiac. (obss.) et edd.* 9 auctor] *Pith. (Dupuy)*[a], actor *Cuiac. (obss.) et Pith. (Dupuy)*[b] 10 caduca] *Cuiac. (obss.)*, caduco *Pith. (Dupuy)* interdicentibus] *fortasse scrib.* intermittentibus 12 praetorio] praetorii *traditur* urbi] *Cuiac. (obss.)*, urbis *Pith. (Dupuy)* *post* omnia *hiatum signant Cuiac. (obss.) et Pith. (Dupuy)* 14 saluberiter *Γ* praeuenire *Γ* 16 romam etio *Γ*

## III. DE SVCCESSIONIBVS CVRIALIVM QVI AD CLERICATVM TRANSIERVNT.

iii] *Γ*, xiiii *O (context.)*, xiii *O (lat.)*, theod. xli **ΔΔ Fuld.* successionibus] *sic Γ Fuld. (context.*[a]*)*, successione *reliqui* qui ad . . . transierunt *om. ΔO (lat. et context.*[b]*) Fuld.* *pro rubrica errore scribit* de prediis afris restituendis *O (context.*[a]*)*.

Nov. III (439 Aug. 28).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD MAXIMVM II. P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In augendo statu urbium singularum servata catholicae religionis veneratione tam praecedentia veterum parentumque nostrorum statuta renovamus quam nostris legibus observanda decernimus, ne passim inminutione municipum, cum numerositas ex abundanti clericatus augetur, publica damna generentur. Non dubium est enim, cum non expletis muniis ad obsequium venerabilis ministerii curialis admittitur, relisum in paucos publicae functionis onus nequaquam posse tolerari et rursum migrantibus patrimoniis curialium ad personas, quae functionibus municipalibus non tenentur, propriam civitatis nutare
1 substantiam. Propterea praesenti lege decernimus, ut quisque ante huius sanctionis diem suscepit clericatus officium non expletis urbis propriae muniis ac muneribus, in ea quidem quam meruit religionis observatione perduret, sed omnia per suffectum tam personalia quam patrimonii onera cogatur agnoscere. Facultates suas pro virili portione singulis filiis dividat sibimet simili parte servata; quod si filios non habuerit, duas partes facultatum suarum praeter ullam alienationis fraudem propinquis ad curiam pertinentibus tradat — qui si defuerint, easdem octo uncias ordini proprio proficere debere censemus, quoniam non minor est adfectio patriae quam parentum —; tertiam sane propriae
2 substantiae servaturus. Qui vero redditis patriae muneribus dudum ad officium clericatus accessit, filiis, quos sibi procul dubio curia vindicat, facultatum suarum, sicut iam diximus, virilem singulis portionem tradere non moretur. Qui si filios non habuerit, ea, quae superius de patrimonii distributione talis personae constituta sunt, observare cogetur. Decet enim eum, qui sacrosanctis desiderat inhaerere mysteriis, fide magis divitem quam
3 facultatibus adprobari. In futurum vero ad ecclesiastica ministeria curialem suscipi praesenti lege prohibemus, ut fiscales necessitates numerositate municipum facilius inpleantur. Si quis sane ad clericatus obsequium etiam contra legum vetita animi devotione properaverit, si propriae non conpleverit onera civitatis, universa per suffectum reddere conpellitur: simili legis observatione facultates suas, sicut supra scriptum est, aut cum filiis aut cum propinquis aut cum patria divisurus. Quod si expletis muniis sacrosanctae religionis fuerit ministerio coniunctus, facultates suas viritim filiis distribuere per iudicem mox cogetur, sibimet virilem portionem inter liberos servaturus. Qui si liberos non habuerit, duas partes patrimonii sui propinquis, qui tamen curialitatis oneribus obnoxii sunt, absque ullo inminutionis commento, sicut superius dictum est, sciat protinus conferendas, omnibus in medium deductis, quae post honorem clericatus in fraudem legis

---

1 ad maximum] *Γ*, maximo *O Pithoeus*, *om. Δ* ppo] preposito *O* 2 singolare *Γ* 3 precidencia *Fuld.* 4 obseruandam *Γ*, *om. Fuld.* discernimus *Δ* inminutionem *Γ* ex abundanti] *fortasse scrib.* exabundantis 6 misterii *Δ* admittitur] remittitur *O* relisum] *ΓΔO*, recisum *vel* re casum *Pithoeus* 7 rursum] *Γ*, rursus *ΔO* 8 nature *Γ* 9 preterea *Δ* decernimus] *Γ*, sancimus *ΔO* quisque] *Δ*, quisquis *O Pithoeus*, que *Γ* 10 susceperit *O* urbis] ciuitatis *O* proprii *Γ*[b], propriis *Γ*[a] ad muneneribus *Γ*; *scrib.* ac oneribus 11 qua *Δ* 12 uirili] uili *Γ* 13 simile *Γ* 15 qui] quod *Δ* ordine *Γ* proprii *Δ* 16 censimus *Δ* tertia *Δ* 17 redditis] relictis *Pithoeus* mun. patr. *O* offitio *Γ* 18 quo *Γ* procul dubio (-bium *Γ*) *om. O* 19 qui] quod *O* 20 de] *ΓO*, et de *Δ* persona *Γ* cogetur] *ΓO Pithoeus*, cogitur *Δ* 21 sacrasanctis *Γ* desiderat *om. Γ* deuetem *Γ*[a] 22 adprobare *Γ* uero *om. Δ* misteria *Γ*[a] 23 legem *Γ* necessitatibus numerositas. tem *Γ* 26 compellitur *O Pithoeus* simile leges *Γ* 27 patri *Γ* 29 iudicem] *scripsimus*, iudici *Γ*. iudicium *ΔO* liberos] liberus *Γ*, filios 30 curialitates *ΓΔ* ferenda *Δ* b~ *Δ*, caracthe

alienanda esse crediderit: tertiam cui voluerit proprio dispensaturus arbitrio. Quae nostram serenitatem temperasse humanitatis intuitu vetera legum constituta testantur, quibus omne patrimonium cedere ordini proprio curialis praeceptus est, quoties ad ministerium
4 clericatus eligitur. Illam quoque partem dispositio nostra non praeterit, ut, quisquis civis vel incola deinceps in nullo obnoxius, cuius tamen substantia trecentorum solidorum non exuperet quantitatem, fuerit repertus, habeat adipiscendi clericatus liberam facultatem. Eum vero, cuius patrimonium maiore quam definivimus aestimatione censebitur, liceat curiae secundum vetera statuta sociari, exceptis his qui sacris scriniis nostris et agentum in rebus scholae militant et aliis qui continuatae militiae observatione desudant, ut multis provisionum generibus ordinum numerus suppleatur nec tamen desint ministri venerandae religionis obsequiis, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
5 Inlustris et praecelsa magnitudo tua huius legis saluberrima constituta sub edictorum promulgatione faciet in omnium notitiam pervenire, ut sacrilegii reatus involvat ac viginti librarum auri multa percellat quem non oboedisse claruerit edictalibus constitutis. DAT. V KAL. SEPT. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. XVII ET FESTO V̅C̅. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld. (incipit* 3 tam, *finit* 4 decernimus*)*

**33** alienanda esse] *scripsimus*, al. est *Γ*, alienanda *ΔO* noluerit *Δ* arbitrium *Γ* **34** temperasse] *O Pithoeus*, perhasse *Γ*, sperasse *Δ* ueterum *O* constituta] statuta *O* **35** patremonio credere ordine *Γ* **36** nostra *bis posuit Γ*, *om. O* quisque *Δ; fortasse recte* **37** obnoxius] *fortasse scrib.* obnoxius curiae substanciam *Γ* **38** exuberet *Δ*, exuuerit *Γ* adipiciscendi *Γ*[b] **39** diffiniuimus *O* **40** secunda *Γ* **42** nummerum *Γ* supplicatur *Δ* **43** p̅k̅a̅a̅] p̅k̅a̅ *Δ* **44** inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* saluberrimam *Δ* constitua *Γ* **45** faciet] *Γ*, faciat *ΔO* ac *om. Δ* **46** oedisse *Γ* **47** dat. u k. sept. (apr. *ΔO*) rau. th. a. xuii (xu *ΔO*) et festo (fausto *O*) u̅c̅ (u̅u̅c̅ *Γ*, *om. O*) conss. *libri*

# IIII. IN DAMNVM PVBLICVM ELICITVM NON VALERE RESCRIPTVM NEC SPECIALIA BENEFICIA GENERALIBVS PRAEFERENDA.

iiii] *Γ*, xui *O (context.)*, xu *O (lat.)*, theod. xlii **ΔΔ Fuld.* in d. p. elicitum *(om. *ΔΔ Fuld.)* non ualere rescriptum (u. scriptum **ΔΔ*, ualeristritum *Fuld. [context.]*, ualo res scriptum *Fuld. [lat.]*)] *om. O* nec] ne *Fuld.*, *om. O* speciali *Δ* beneficia *om. Fuld. (context.)* praeferenda] non pr. *O*

Nov. IIII (440 Ian. 24).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. MAXIMO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Usu rerum frequenter agnovimus specialibus beneficiis generalem devotionem gravari recidente in reliquos tributorum sarcina, quae singulis quibusque subducitur, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
1 Et ideo inlustris et praecelsa magnitudo tua pragmatici nostri secuta decretum sciat secundum suggestionem suam, manentibus his, quae dudum de removendis specialibus beneficiis censuimus, omnia, quae specialiter contra vetitum impetrata sunt, non valere et functionem publicam aequaliter ab omnibus oportere cognosci, ut et quod in commune statutum salubriter fuit esse perseveret nec denuo in haec ambitus redeat, quae iterata praeceptione removimus. DAT. VIIII KAL. FEB. ROMAE VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO V̅C̅. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld. (incipit* 6 specialiter, *finit* 7 ualere*)*

**1** ii p̅p̅o̅] *ΓΔ*, ii preposito *O* **2** recidente] *O Pithoeus*, recidenti *Γ*, recedente *Δ* **3** sarcinam *Γ* **3/4** p̅k̅a̅a̅] p̅k̅a̅ *Δ* **4** inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* **5** suggessio- quae dudum .... **6** censuimus] *Pith. ... spectare haec ad epistulam a. 426 ... Romae directam, cuius partes extant Iust. 1, 14, 2. 3. 1, 19, 7. 1, 22, 5* **6** specialibus *om. Γ* **7** et *om. Γ* ab omn. aeq. *O* **8** fuit esse] *scripsimus*, fuisse *libri* **9** remouimus] *Γ*, remouemus *ΔO* **9/10** dat. uiiii *(sic Γ*, uiii *ΔO)* k. feb. rom. ual. a. u et anatolio u̅c̅ *(om. Γ)* conss. *libri*

# V. DE PANTAPOLIS AD VRBEM ROMAM REVOCANDIS ET QVI A TIRONVM PRAEBITIONE EXCVSENTVR.

u] Γ, xui *O*, theod. xliii **ΔΔ Fuld.* ad u. r. .... excusentur *om. O* seuocandis *Fuld. (context.)* prebitionem Γ, prebutiones Δ, prepucionis *Fuld. (context.)* excusentur] Γ, excusantur *Δ Fuld.*

Nov. V (440 Mart. 3).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD POPVLVM. Urbis Romae, quam merito caput nostri veneramur imperii, in tantum nos cura non deserit, ut quieti eius atque abundantiae modis omnibus consulamus. Graecos itaque negotiatores, quos pantapolas dicunt, in quibus manifestum est maximam inesse multitudinem magnamque in emendis vendendisque mercibus diligentiam, ulterius non patimur sacrae urbis habitatione secludi, licet eos dissensio et maxima invidia tabernariorum quam venerabilis urbis Romae
1 utilitas a negotiatione submoverit. Idcirco hoc edicto singuli universique cognoscant pantapolis ad urbem Romam redeundi negotiandique licentiam restitutam, ut cura pervigili ubertas populo ministretur et in rebus suspectis a maiore multitudine civitas possit habitari, ita ut, si quis statuta pretia non servaverit, in eum pro qualitate facti vindicta procedat nec ob unius aut alterius delictum omne corpus liceat excludi. Ita enim cura multorum nec abundantia deerit et profutura civitati augebitur multitudo.
2 Ex illa sane parte totam sollicitudinem omnemque formidinem vestris animis censuimus auferendam, ut huius edicti serie cognoscat universitas nullum de Romanis civibus, nullum de corporatis ad militiam esse cogendum, sed tantum ad murorum portarumque custodiam, quoties usus exegerit, inlustris viri praefecti urbis dispositionibus ab omnibus obsequen-
3 dum. Cuius ordinatio etiam in muris, turribus et portis quae sunt labefactata restituet, ita ut a reparatione murorum vel omnium, quae supra dicta sunt, nullus penitus ex-
4 cusetur. Illud quoque pro tuendo statu venerandae urbis decernimus, ut a conlatione tironum et ab exsolvendis septem solidis per millenas nuper indictis cespes formensis, arensis, calcarius et vecturarius habeatur inmunis, ut promptius devotionem solitae functionis agnoscant. DAT. V NON. MART. ROM(AE) VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld. (exhibet verba* 'pantabolis oreci necuciatores sunt': *cf. v. 3)*

1 ad populum] Γ, edictum ad p. *ΔO* urbem romam *Δ* 8 habundaciae Γ itaque gr. *O* pantapolos $O^{v}$, pantabolos $O^{t}$ 4 magnamque] unamque *O* 5 diligentia *Δ* sacri Γ habitationi Γ 6 maxima] Γ, maxime *ΔO* quam] ΓΔ, magis quam *O Pithoeus* urbis *om. Δ* 7 negutione Γ 9 populi Γ et in rebus suspectis a maiore (-ori *O*)] *fortasse* in rebus susceptis et a maiore multitudinem *Δ* ciuitatis *Δ* 10 habitare Γ in eum] Δ, in eum solum *O*, *om.* Γ 12 curam Γ habundantie *Δ* deerint *Δ* ciuitate *Δ* 16 exigerit *Δ* inlustri *Δ* praefectus urbis Γ, urbis praefecti *ΔO* omnium *Δ* 16/17 obsequendis *Pithoeus* 17 restituet] Γ, restituat *ΔO* 18 a] *Pithoeus, om. libri* nulli *O* 18/19 excusetur] Δ, excusentur *O*, exsetur $Γ^{b}$, extur $Γ^{a}$ 19 uenerandae] aeternae *O* 20/21 per m. n. i. cespes (cepes $Γ^{a}$) formensis (formenses Γ, formonsis *Δ*) arensis (arenses Γ, aetrinsis *Δ*) calc. et uecturarius *(sic Ritter,* uicturarius *ΓΔ)*] omnis romanus ciuis *O* 21 habeantur *Pithoeus* inmunes Γ *Pithoeus* promptius] Γ*O Pithoeus*, propitius *Δ* 22 agnoscant] $ΓΔ^{a}$, agnoscat $Δ^{b}O$ dat. u *(sic* Γ, ui *ΔO)* non. mart. rom. ualent. a. u *(om.* Γ*)* et anat. $\overline{\text{uc}}$ conss. *(om.* Γ*) libri*

# VI. DE TIRONIBVS ET DE OCCVLTATORIBVS DESERTORVM.

ui] *Γ*, xuii *O*, theod. xliiii **ΔΔ Fuld.* et de *(Γ[lat.], om. reliqui)* occ. des. *om. O*

Nov. VI, 1 (440 Mart. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. SIGISVVLDO COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE
MILITIAE. Frequentare saepius constituta temeritas plectenda conpellit, ut inexcusabilis
culpa sit, quam etiam recens prohibitio non emendat. Nulli enim concedi fas est, si
1 toties vetita, nunc quoque severius interdicta temptaverit. Reparandi feliciter exercitus
cura conferre debere tirones possessorem censuimus. Ne qui tamen damni publici abusus
occasione lucrum capere se credat de fiscali dispendio, si personam semel insignitam
militari titulo ruris colendi causa vel negotiationis exercendae gratia aut cuiuslibet
ministerii occasione detentet, Sigisvulde p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), idcirco
inlustris et praecelsa magnitudo tua hac nos sciat edictali lege iussisse, quisque de
tironibus aliquem nec non prioris militiae virum proprios numeros et signa deserentem
rustico urbanove praedio crediderit occultandum, et ipsum restituat quem celavit et tres
alios aptos militiae poenae nomine cogatur inferre; colonus conductor actorve loci, si
id aetatis sit, ut stipendia ferre possit, militiae protinus adgregetur. Quod si nesciente
domino desertor in cuiuslibet aedibus latuerit, colonum conductorem actoremve, qui id
2 scierit, capitali supplicio esse feriendos. Verumtamen ne occasionem calumniae dedisse
videamur, si temporaliter habitandi causa miles vel tiro cuiuslibet praedium forte
accesserit, id servata moderatione censemus, ut intra tricesimum diem, postquam in
eodem loco esse coeperit, correptum is, quem superior legis poena constringit, ad civitatem
quamque proximam deducat, officio publico ac primoribus civitatis tradat sub confectione
gestorum ad provinciae moderatorem protinus perducendum, ut eius cura ad signa propria
3 reducatur et poenis conpetentibus subiugetur. Iudicem sane, si coniventiam in his
exsequendis neglegentiamve praestiterit, decem libras auri eiusque officium similem
4 quantitatem poenae nomine fisco iubemus exsolvere. Quam legem ne quis se ignorasse
confingat, per omnes provinciarum civitates edictis sollemnibus divulgabit. DAT. XIII
KAL. APR. ROM(AE) VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO V̄C̄. CONSS.

---

*ΓΔO*

**1** segisuuldo *Γ*, sigisualdo *ΔO* **1/2** comiti (-te *Δ*) et *(om. Δ)* mag. utr. mil.] *ΔO*, *om. Γ* **2** frequentare] *O*, frequentari *Δ*, frequenter et *Γ* inexcusabilis] *O Pithoeus*, incusabiles *Γ*, excusabilis *Δ* **3** culpa sit] culpas id *Γ* **4** reperandis *Γ* **5** conferre] conferri *Γ Pithoeus*, confessi *Δ*, conquiri *O* tyronis *Δ* possessorem] *Γ*, a possessore *ΔO* **6** occansionem *Γ* **6/7** insignitam (insignem tam *Δ*) mil. titulo (-lum *Γ*)] mil. t. ins. *O* **7** gratiae *Γ* **8** detenet *Δ*, detinet *Pithoeus* sigisuulde] sigisualde *O*, *om. Δ* p̄k̄a̅a̅] p̄k̄a̅ *Δ* idcirco] *Pithoeus*, et idcirco *ΓΔO* **9** inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* edictale *Γ* quisque] *ΓΔ*, si quisque *O*, quisquis *Pithoeus* **9/10** aliquem de tir. *O* **10** proprios] *O Pithoeus*, proprius *Δ*, proprium *Γ* numeros] *O Pithoeus*, numerus *ΓΔ* deferentem *Δ* **11** urbanoue praedio (-dia *Γ*)] pr. urbanoue *O* restituat *(sic Pithoeus*, restituet *ΓΔ)* quem cel.] q. c. restituet *O* **12** alius *Γ* cog. nom. *O* locis *Γ* **13** id] eius *O* spendia *Γ* ferre] conferre *O* **14** actorem uel *Δ* qui id] quid *Δ* **15** capitale *Γ* calumnii *Δ*, calumniandi *Pithoeus* **16** causam *Γ* forti *Γ* **17** accesserit] *scripsimus*, successerit *libri* moderationem censimus *Δ* intra] in *Δ* **18** his *ΓΔ* **19** officio] et off. *O* ciuitatis *om. O* **20** gestorum] iustorum *Γ* protinus *om. O* producendum *Γ*, dirigendum *O* **21** subiungitur *Γ* coniuentiam] *O*, conhibentiam *Δ*, conhiuenciam *Γ* **22** exsequendis] *ΔO*, exhibendis *Γ* neglegentiamue] *scripsimus*, neglegentiamque *libri* **24** sollemniter *O* di(-e *Γ*)uulgabit] *ΓΔ*, diuulgabis *O Pithoeus; excidit fortasse* magnitudo tua *vel similis formula* **24/25** dat. xiii (uiii *O*) k. apr. rom. ual. a. u et anat. ūc̄ *(ΓO Pithoeus*, uecariis *Δ) libri*

Nov. VI, 2 (443 Mai. 25).

IDEM AA. AD QVADRATIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Dispositionem cunctis salubriter
profuturam certatim debet omnium praevenire devotio. Quid enim magis professis est
desideriis expetendum, quam ut adiectis viribus per dilectum roboris militaris Romanus
1 augeatur exercitus, Quadratiane p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Unde
inlustris magnitudo tua pragmatici nostri tenore conperto sciat secundum pragmatici
prioris tenorem, quod de dilectu novo agitando datum est, senatores vel universum
possessorem oportere a se conveniri, ut actores vel conductores suos sine ulla tam neces-
sariae rei dissimulatione his repraesentandos noverint, quibus per suburbicarias provincias
tironum congregandorum munus iniunximus, quo facilius ad effectum publicae utilitatis
2 valeat perveniri. Quisque vero conventus ad eos, qui id exsequuntur, deducere guber-
natores agrorum suorum aliqua cunctatione distulerit, cognoscat se decem libris auri
multandum et tirones eius numeri, qui deprehensus fuerit, nihilominus traditurum.
Aversum quippe animum a communi defensionis studio iure talis severitas insequitur.
Superest igitur, ut nullius animus retardet iniuncta, quia, quisquis in hac parte cessaverit,
sese quodammodo confitetur non esse Romanum. DAT. VIII KAL. IVN. RAV(ENNAE) MAXIMO II
ET PATERIO VV. CC. CONSS.

*ΓΔO*

1 ad quadraciano *Γ*, quadratiano *ΔO* pfpo *Δ*, pu *Γ*, preposito *O* dispositione *Γ* 2 profutura *Γ* praenenire] uenire *Γ* 3 dilectum] *O*, delictum *ΓΔ*, delectum *Pithoeus* militaris *om. O* 4 pkaa] pka *Δ* 5 inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* nostri t. c. sc. s. pragmatici *om. Δ* 6 tenore *Δ* dilectu] *O*, delectum *Γ*, dilecto *Δ*, delicto *vel* delecto *Pithoeus* nouo *om. Γ* 6/7 uniuersum possessorem] *Γ*, uniuersos possessores *ΔO* 7 uel] *Γ*, et *ΔO* ullam *Γ* 7/8 necessariae] *O Pithoeus*, necessariam *Γ*, necessaria *Δ* 8 nouerit *Δ* 10 peruenire *Γ* quisquis *Pithoeus* 11 libras *Δ* 12 tyronis *ΓΔ* traditurus *ΓΔ* 13 auersum] *O Pithoeus*, aduersum *Γ*, ausum *Δ* commune *Γ* iuret *Γ* 15 sese] esse *Γ* quodadmodo *Γ* non] *ΓO Pithoeus*, nomen *Δ* 15/16 dat. uiii k. iun. rau. max. ii et pat. uucc (uc *Γ*, c *O*, *om. Δ*) *libri*

Nov. VI, 3 (444 Iul. 14).

IDEM AA. ISIODORO COMITI. Cogit diversarum rerum necessitas et quidem pro utilitate
communi, ut suggestio sublimitatis tuae provida nimis pro qualitate temporis esse
videatur. Parvo etenim unusquisque contempto sperare debet securitatem futuri. Nec
enim grave esse credimus oneris contemplatione quod deposcitur, isiodore fr(ater) a(man-
1 tissime). Unde inlustris auctoritas tua sciat secundum suggestionem suam pragmatici
auctoritate firmatam hoc nos praesenti tantum tempore censuisse propter inminentium
expensarum necessitatem, quibus sufficere aerarii nostri vires nequeunt, id quod con-
ferentes plurimos non gravet et nos parte aliqua valeat adiuvare. Idcirco inlustres
vacantes per omnes nostras provincias constitutos ternos tirones in adaeratione debere
persolvere: comites quoque consistorianos vel primi ordinis nec non tribunos et notarios,
sed et eos, qui administrationes ordinarias in provinciis gubernarunt, dare singulos opor-
tere: tribunos vero vacantes sive comites secundi vel tertii ordinis omnesque clarissimos
tertiam partem tironis agnoscere, ita ut unius tironis pretium triginta solidis taxetur,
exceptis Afris, qui hostili necessitate sedibus suis nuper expulsi sunt: pro excubiis autem
praesentibus viginti consistorianos comites, triginta notarios inmunes esse debere. Gaudere

1 insiodoro *Δ*, hisiodoro *Pithoeus*, isidoro *O* comiti] consulari *O* et quidem] *scripsimus*, equidem *O*, se quidem *Δ*, licet quidem *Pithoeus* 3 contempto] *scripsimus*, contemptu *Δ*, contentus *O* 4 oneris contemplatione quod deposcitur] *scripsimus*, quod oneris (honoris *O*) cont. dep. *ΔO* hisiodore *Δ*, isidore *O* 4/5 fr. a.] *Δ*, fr. k. aa. *O* 5 illustra *Δ* 6 firmata *O* 7 aerarii uires (*om.* nostri) *Δ*, uires aer. nostri *O* 8 plurimos] *scripsimus*, plurimum *ΔO* et *om. Δ* 11 ordinarios *Δ* 13 un. pr. tir. *O* 15 com. cons. *O* notarius *Fuld.* inmunus *Fuld.* 15/16 debent enim gaudere *O*

enim debent, quos labor suus et desudatae vigiliae probabili ratione commendant. DAT. PRID. ID. IVL. RAVENNAE THEOD(OSIO) A. XVIII ET ALBINO V͞C. CONSS.

*ΔO Fuld.* (*incipit* 15 triginta, *finit* 16 commendant)

16 suos *Δ Fuld.* desutate *Fuld.* probabile *Fuld.* commendant] *O Pithoeus*, condemnant *Δ*, condemnat *Fuld.* 17 rauenna *Δ* u͞c] uecar. *Δ*

# VII. DE PALATINIS.

uii] *Γ*, xuiii *O*, theod. xlu **ΔΔ Fuld.*

Nov. VII, 1 (440 Iun. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD MAXIMVM II P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O.
Palatinae exactionis enormitas deducta saepius in querellam necessitatem nobis formandae
sanctionis inposuit, cuius obstinatio quae refugere debuit augere contendit, ad hoc prae-
teritae inpunitatis praesumptione decepta, ut continuato scelere graviores aculeos severi-
tatis incurrerit. Unde magnificentiae tuae suggestionem numerosis administrationibus
et virtutibus congruentem libenter accipimus, quae possessoribus et negotiatoribus consuli
generaliter postulavit, quorum brevi devotio concidisset, si, quantum fisco inferendum
est, aut tantum aut amplius exigendum sibi avaritia vindicaret, non dissimulandam
obiectionem nostris saeculis generans, cum devotum publico privatis utilitatibus dispendia
1 profutura comitantur. Quapropter sublimis excellentiae tuae saluberrimam suggestionem
secuti veneranda in aevum lege sancimus, ne quisquam palatinorum superindicti vel
aurariae ceterasque ad utrumque aerarium pertinentes exigens functiones ultra summam
traditis sibi iuxta praesentem censum de scrinio brevibus conprehensam commodi nomine
accipiendum aliquid noverit aut petendum, cessantibus causarum titulorumque instruc-
tionibus fictis . . . . ., quos odio calumniarum cessare praecipimus et quos non in
usum publicum, sed in aviditatis exemplum calliditas conpulsorum minatur, sacrilegii
percellendis reatu, proscriptionis etiam supplicioque dedendis, cum huiusmodi usur-
2 pationem probatio confutarit. Quam examinationem atque vindictam si aditi inl(ustr)es
viri comites utriusque aerarii fortasse neglexerint, amplitudinem tuam nobis oportet
3 suggerere, ut neglectas iustissimas provincialium querimonias vindicemus. Tantum
autem nos licentia huius cupiditatis offendit, ut inveteratam usurpationem resecare
cupientes moderatores provinciarum rapinis ire obviam censeamus et ad magnitudinem
4 tuam sine ullo metu suae condemnationis referre. Praeterea cunctis excusationibus
aditus obstruentes, quibus agenda necessario aliquoties negleguntur, hoc constituto nostro
adicimus, ut inl(ustr)es viri utriusque aerarii comites a condemnationibus iudicum et

1 ad maximum (-mo *Γ*)] *ΓΔ*, maximo *O* preposito *O* 2 exactiones *ΓΔ* querillam *ΓΔ* 3 quae] qui e *Γ* 4 continuatio *Δ*, com (cum *Γ*b) continuato *Γ* aculeos] *Pithoeus*, aculeus *Γ*, a cultu *Δ*, assuetus *Pithoeus*, *om. O* 4/5 seueritates *O* 5 incurrerit] *ΓΔ*, incurreret *O* magnificentiae] *sic hoc loco libri omnes* suggestione *Γ* 6 accepimus *Pithoeus* 7 breuis *Γ* 8 auariciam uindicare et *Γ* 9 generas *Γ* deuotos *O* publico priuatis] priuatis et publicis *O* 10 profutura *om. O* saluberrimam *om. O* suggessionem *Δ* 11 sicuti *Δ* superindicti] insuper indicti *Γ*a, qui superindicti *O* 12 exigunt *O* 13 sibi] si *Γ* de scrinio *om. O* comprehensa *Δ*, conprehensum *Γ* 14 titulorumque *om. O* 15 factis *Δ*; *post* fictis *quaedam videntur excidisse nectenda cum iis quae sequuntur* (16/17) sacrilegii percellendis reatu: *fortasse* exigentibus titulos eos quos] *Γ Pithoeus*, quod *Δ*, quas *O* quos] quas *O* 15/16 non in usum] *O Pithoeus*, nominosum *Δ*, in usum *Γ* 16 auiditatis] *ΓO Pithoeus*, auidatis *Δ* cumpulsorum *Δ* sacrilegei *Γ* 17 proscriptioni *O* dedendis] *ΓO*, de edendis *Δ*, condemnandis *Pithoeus* cum] quos *O* 17/18 usurpatione *Δ*, usurpatio *O* 18 probata *O* confutaret *Δ* inlis *Γ*, inlustris *Fuld.* 19 comitis *Fuld.* utriisque *Fuld.* oportet] *Pithoeus*, oportere *libri* 20 neglecta *Δ Fuld.* queromanias *Fuld.* uindicimus *Γ Fuld.* 21 licenciam *Γ* usurpatione *Γ* resecare] *Γ*, resarcire *ΔO*: *fortasse recte* 22 obuiam *om. O* 24 aditos *Δ* necessario ag. *O* constitutio *Δ*, constitutioni *Pithoeus* nostre *Δ* 25 i͞nlis *Γ*, inlustris *Δ* uiri] u͞c *Γ* utr. aer. com.] *Γ*, aer. utr. com. *Δ*, comites utiusque (*sic*) aer. *O* et] ei *Γ*

curialium noverint abstinendum, delicta eorum vel dissimulationem tam clementiae nostrae quam sedi tuae amplitudinis cum extiterint ingerentes, quo praedictae sedis tuae tum secuta correptio praesentia resecet, futura conponat. Quam rem vetustatis et disciplinae publicae amore decernimus, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua edictalem legem et functionibus publicis iugiter profuturam programmate suo in cunctorum provincialium iubebit ire notitiam, ut agnoscat universitas nostro saeculo inprobis ausibus nil licere. DAT. PRID. NON. IVN. RAV(ENNAE) VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

*ΓΔO Fuld. (incipit* 18 inlustres, *finit* 20 uindicemus*)*

**26** delecta *Γ*, dilecta *Δ* dissimulationes *O* **27** ampl. tuae *O* cum extiterint] cum steterint *Γ; fortasse scrib.* cum constiterint **27/28** tuae tum secuta] *scripsimus*, tantum secuta *ΓΔ*, *om. O* **28** praesentia] et pr. *O* resecet] resecit *Γ*, resecet et *O*, recitet *Δ* **29** $\overline{\text{pkaa}}$] *Γ*, $\overline{\text{pka}}$ *ΔO* **30** magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* **31** pragmate *O* **32** inprobis ausibus] *O*, inprouis auribus *Γ*, inprouisa usibus *Δ*, improbis abusibus *Pithoeus* nil] *Γ*, nihil *ΔO* **32/33** dat. prid. *(om. O)* non. iun. *(ΔO,* ian. *Γ)* rau. ualent. a. ($\overline{\text{aa}}$ *Γ*) u *(om. ΔO)* et anat. $\overline{\text{uc}}$ conss. *(om. $\Gamma^{a}$) libri*

Nov. VII, 2 (442 Sept. 27).

IDEM AA. PATERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum pietas nostra ad provincialium quietem tuendam, simul ad avaritiam palatinorum, quae causa nuper fuerat ferendae legis, arcendam remedia quaereret, data nuper lege censuerat, ut inlustres viri sacri ac privati aerarii comites facultatem condemnandorum iudicum non haberent, similiter a
1 desidia ordinum multanda se eorum severitas abstineret. Sed quia nunc suggestio magnitudinis tuae indecorum hoc inlustribus viris et inefficax publicis necessitatibus explicandis provisione necessariae suggestionis insinuat et experiendo cognovimus nec satis prodesse id possessorum commodis et plurimum consuetis aerarii exactionibus obfuisse, abrogata lege, quam prius super his rebus observari statuimus, ius omne ad praedictos inl(ustre)s viros, quod longo tempore iam tenebant, inlibata pristinae censurae auctoritate revocamus, ne qua illis morae aut neglegentiae excusatio de expensarum destitutione tribuatur, quibus non solum multandorum iudicum, sed et curialium — segni-
2 tiem condemnari et a rationalibus licet — auferebatur facultas. Et tamen sub hoc praecepto nullum possessorum seu curialium palatinorum mancipamus aviditati. De quorum fraudibus si quae extiterint aut si modum veri census sub occasione titulorum ad se pertinentium supergressi fuerint et aliquid commenticium praeter id, quod explorata fides chartarum continet, studio depraedationis invenerint, iubemus gravatis patere accusandi eos liberam facultatem, sed ita, ut ad proprios iudices laesorum querella perveniat hisque solis in eorum commissa permittatur inquirere, de quorum factis, si qua in reprehensionem venient, non modo praesentium querellis, sed et absentium relationibus in-
3 struentur. Sane si quid est, quod vindictae censuram exigit acrioris, erit inlustribus viris palatinorum iudicibus consulendae serenitatis nostrae copia, ut genus ultionis

**1** $\overline{\text{aa}}$] ā. *Γ* preposito *O* **2** simul ad] simul et *O* **3** arcenda *ΓΔ* quererit *Γ* ac] et *O* **4** iudicium *Γ* sim.] et sim. *O* **5** disidia *ΓΔ* multanda se] multandas *Δ* abstinerit *Γ* **6** indecorum (inde eorum *Δ*) hoc inl. uiris et *om. O* inefficax] *Γ Pithoeus*, efficax *ΔO* **7** prouisionem *ΔO* et] et quia *O* experiendum *Γ* **8** id prod. *O* exactionibus] actionibus *O* **9** abrogatam legem *Δ* omnem *Δ* **10** praedictus *Γ* inlustres *om. O* uiris *Γ* quod] quos *Δ* iam longo temp. *O* tenebat *Δ* inlibatam *Δ*, inlibatum *Pithoeus* **11** neglencie *Γ* expensarum] executionum *Beck; fortasse scrib.* exactionum suarum **12** destitutione] *Pithoeus*, distitutione *ΓΔ*, distributione *O* **13** condemnandi *Pithoeus* et a rationalibus *(Γ Pithoeus*, rationabilibus *Δ)* licet auferebatur (-rabatur *$\Gamma^{a}$)* facultas] facultatem tribuimus *O* **14** praecepto] *O*, presepio *ΓΔ*, praetextu *Pithoeus* auiditate *Γ* **15** quae] qua *Δ; scrib.* quae querellae morum uiri *Γ* **16** pertinentem *O* commenticium] *ΓO Pithoeus*, commenticum *Δ* explorate *Γ* **17** continent *Δ* inuenerit *Γ* **18** lasorum *Γ* **19** his qui solis (solus *$\Gamma^{a}$*) *Γ* **20** modum *Γ* praesentum *ΓΔ* sed et] sed *Γ* abseutum *libri* **20/21** instruantur *O* **21** censuram] *Pithoeus*, censura *libri* exigit] *O*, exegit *Γ*, exigat *Δ* **22** copia aut *Δ*

agnoscant, sed de his dumtaxat criminibus, quae contra ius stimulo inlicitae cupiditatis
4 admiserint, Pateri p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua hanc omnibus innotescere sanctionem iubebit remotaque ea, quae de his ordinem solitum commutaverat, huic legi, quam nunc statuimus, perpetuo valiturae sciet robur inpositum, quippe moderatione tali et status provincialium inviolatus manebit et decus potestatis suae ad genuinos iudices revertetur. DAT. V KAL. OCT. SPOLETIO DIOSCORO ET EVDOXIO VV. CC. CONSS.

---

*ΓΔO*

23 agnoscant] cognoscant *O* inlicitate *Γ* 24 pkaa] pka *Δ* inlustra *Δ*, inlustribus *Γ* 25 magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* innot. omnibus *O* 26 lege *Γ* perpetua *Γ*, in perpetuo *O* ualiturae] ualitura *ΓO*, ualituram *Δ*, ualiturum *Pithoeus* 27 sciet] *Γ*, scit *Δ*, sit *O*, sciat *Pithoeus* tali *om.* *Δ* 28 genuinos] *ΓO Pithoeus*, geminos *Δ*, germanos *vel* genii aerarii utriusque *Pithoeus* reuertitur *Γ* 28/29 dat. u k. oct. spoletio (epolitidio *Γ*, spoleti *Δ*, spoleto *O*) dioscoro (discoro *Δ*, scoro *Γ*) et eudoxio uucc (*sic Γ Pithoeus*, uc *ΔO*) conss. *libri*

---

Nov. VII, 3 (447 April. 25).

IDEM AA. FLORIANO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Aequum est serenitatem nostram provida oraculi nostri constitutione sancire, ne aut inpune quemquam temerario contemptu, deserta officii sui militia, licuerit segnis otii elegisse desidiam, aut in posterum proposita interminatione cavere, ne quis audeat inconsulto iudicis sui testimonio militiae sacramenta deponere, Floriane f(rater) a(mantissime). Unde inlustris auctoritas tua
1 pragmatici nostri secuta praeceptum sciat secundum suggestionem suam palatinos omnes sacrarum largitionum, qui stipendiis non peractis sine testimonio vel auctoritate praesulis sui ad ecclesiastica obsequia aut ad aliam transiere militiam, nomine clericorum et privilegio cinguli superioris exutos palatino officio ac militiae, quam contumaciter reliquerunt, protinus esse reddendos: atque hoc circa universos oportere servari, quos intra triennium post militiae commutationem pragmatica huius sanctionis forma reppererit, ceteris vero
2 non movendam penitus quaestionem, qui prolixioribus temporum spatiis muniuntur: hac in futurum praeceptione servata, ne cui liceat sine iussu et testimonio praesidentis vel deserere vel commutare militiam; provinciarum iudices esse cogendos, ut tabularios largitionalium titulorum ad amplitudinis tuae sedem cum ratiociniis instructionibusque transmittant noverintque in procurandis exactionibus legibus se teneri. Dubium enim non est eum fore et nobis et legibus nostris obnoxium, quisquis maiestatis nostrae praecepta lentaverit. DAT. VII KAL. MAI. ROMAE CALEPIO VC. CONS.

---

*ΓΔO*

1 cal.] *Γ Pithoeus*, crl *Δ*, *om.* *O* 2 constitutionem *Γ* ne] nec *Γ* aut *delet Beck: recte* inpune] *Γ Pithoeus*, puni *Δ*, *om.* *O* 3 segnis] *O Pithoeus*, signis *Γ*, signe *Δ* otii] socii *Δ* aut] et *Beck: recte* 4 interminationem *Γ* suo *Δ* 5 fa] *Γ*, fra *ΔO* 6 scias *Δ* suam] *Γ*, tuam *ΔO* 7 testimonio (-nium *ΓΔ*) uel auct.] a. uel test. *O* 8 aut] *scripsimus*, et *ΔO*, *om.* *Γ* transire *ΓΔ* 9 exutus *ΓΔ* 10 redendus *Γ* seruare *Γ* triennium] *ΓO*, trecennium *Δ* 11 repperit *Γ* 12 prolixioribus] *ΓO Pithoeus*, pro leuioribus *Δ* 13 hanc *Δ* preceptionem seruatam *Δ* cui *om.* *Γ* testimonium *Γ* presedentes *Δ* 14 prouincialium *Δ* indicis *Δ* cogendūs *Γ* ut] atque *Δ* 15 largitionarium *Γ* sedem cum] eodem *Δ*, sedes *Pithoeus* 16 in *om.* *Δ* exationibus *Γ* se *om.* *O* teueri] tenere *Γ*, reteneri *Δ*, retineri *Pithoeus* 18 dat. uii k. mai. rom. calepio (*Γ*, calipio *O*, calupio *Δ*, calypio *Pithoeus*) uc (aug. uc *Δ*) cons. *libri*

# VIII. DE INVASORIBVS.

uiii] Γ, theod. xuiiii *ΔΔΣ*(lat.) *Fuld.*, theod. xuiii Ξ, theod. xuii *OΣ (context.)*

Nov. VIII, 1 (440 Iun. 9).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. PIERIO P(RAEFECTO) V(RBI). Si divalium sanctionum nulla pervasores poena percelleret, nostris procul dubio remediis esset temeritas persequenda, ne alieni iuris usurpator praesumptionis suae fructu inpune potiatur, cum ea, quae disceptationis examinatione decursa possent recuperari legibus possidenti,
1 festino cupiditatis ardore pervaserit. Movet siquidem serenitatem nostram viri inlustris Auxiliaris tam iusta quam vindicanda conquestio, cuius querellis et subiectorum series fidem tribuit et magna adsertio virtutum multis perennitati nostrae administrationibus conprobata: qui se domus suae possessione intra urbem venerabilem positae nullius litis actione pulsatum per inlustrem virum Apollodorum patefecit esse depulsum, absentiae videlicet suae occasione captata, dum, si qua precatio fuisset in causa, non parvis temporibus Romae in eadem domo consistens a memorato inl(ustr)i viro actione proposita potuerit conveniri. Quando, hoc quod in praedicto viro inlustri non perspicimus observatum, possessorum praetermissa conventio est? quando dominis non sunt denuntiata litigia et de cognito potius negotio expectata sententia? aut quae patrimoniorum potest esse securitas, si toties insidietur invasor, quoties possessores esse contingit absentes?
2 Verum quia inlicitis ausibus videmus quae sunt pro possessorum quiete salubriter constituta calcari et frequenter pro multorum negotiis specialis querella commonuit omnibus profutura decerni, merito praecedentia inclitorum principum parentumque nostrorum statuta renovamus. Idcirco mansura in aevum lege sancimus, ut, quisquis inconvento domino, non expectata vel adversus praesentem vel in contumacem definitiva sententia, possessorem de praedio rustico urbanove depulerit, possessione protinus restituta causae totius, sicut dudum constitutum est, amissione multatus aestimationem rei occupatae mox cogatur inferre: hoc etiam coniuncto, ut, si iudex in huiusmodi negotiis hanc putaverit sanctionem nostram dissimulandam ac non in executionem mittendam esse sententiam, quae de inferenda aestimatione prolata est, iustitia ipsa statutam taxationem, cum fuerit
3 accepto successore privatus, exsolvat. In praesenti vero causa v(iro) inl(ustri) Auxiliari domum restitui iubemus invasam, omni, si qua viro inl(ustri) Apollodoro conpetere potuerat, actione consumpta, qui, quod legibus debuerat postulare, inconvento possessore

---

1 pū] Γ, prefecto urbis Δ, preposito *O* diualium] diuales *O* 2 sanctionum] Δ, sanctiones *O*, *om.* Γ peruasores] *O*, peruasoris Γ, peruasorem Δ percelleret] Δ, percellerent *O*, percellet $\Gamma^{b}$, percellat $\Gamma^{a}$ 3 ne] Γ *Pithoeus*, ut *Pithoeus*, *om.* Δ*O* usurpatur ΓΔ inpune] *Pithoeus*, inpuni Γ, pune Δ, paena *O* 4 examinationem Γ possent recuperari legibus possidenti] *scripsimus*, posset recuperare (p. rec. *om.* Γ) legibus poscenti (ΓΔ, poscente *O*, possidenti *Cuiacius*) *libri* 5 ardorem Γ inlustri Δ 6 auxiliares Γ, auxiliariis Δ uindicandam Γ series] sedes $\Gamma^{a}$, sees $\Gamma^{b}$ 7 fide Γ uirtutum] Γ, uirtutis Δ*O*; *fortasse scrib.* magna adsertio [uiri excellentiā] uirtutum m. p. n. a. conprobata perennitatis Γ 8 possessionem ΓΔ 8/9 actionis lite *O* 9 inlustrum Γ appollodorum ΓΔ 10 precatio] praecautio *Pithoeus*, precarium *Pith. (ed. adnot)*; *fortasse scrib.* uere ratio 11 domum Γ inls uero Γ, inlustre uiro Δ 12 conuenire Γ hoc *delet Haenel* praedictum Γ prespicimus Δ 13 quando] quoniam *O* dominis non] Γ*O*, domini Δ, domino non *Pithoeus* 14 potius] prius *O* aut] Γ, ut Δ, et *O Pithoeus* 15 contigerit esse *O* 16 uerō Γ, uirum Δ auribus Γ uidemus *om.* *O* 17 calcari] c. scimus *O* commouit Δ*D*: *recte fortasse* 18 merito *om.* Γ praecidentia Δ 19 legem Δ in conuentu (-um *O*) *OD* 20 dominum *O* expectatum *O*, expectato *D* uel aduersus .... sententia *om.* *O* contumace Γ diffinitiua *D* 21 urbanoue] *Rittershusius*, urbano Γ, urbanoque Δ*OD* 22 constitutus Δ estimatione Γ occ. rei *O* 23 negotii *D* 24 sanctionis nostrae Δ*OD* dissimulanda Δ in *om.* Γ executionem] *O*, executione $\Gamma^{b}$*D Pithoeus*, excusatione $\Gamma^{a}$Δ 25 iustitia ipsa] *scripsimus*, iusticie ipsam Γ, iustitia (*om.* ipsa) Δ*OD*, iuxta *Pithoeus* 26 ū inls Γ, uir inl. *D* 27 iubeamus Γ inuasam] i. etiam *O*, i. et *D* omne *D* inls Γ, inl. *D* appollodoro ΓΔ 28 potuerat] potuit *O* postulari Δ inconuentu Δ*D*

pervasit. Quem ulterius prosequi lites causasque non patimur earum rerum, quas aliis possidentibus non debuit occupare, quique debet in acceptum referre, quod ei aestimationem rei de qua agitur nostrae pietatis humanitate concedimus, quae potuit multi-
4 plicium legum securitate deposci. Eas vero mulieres, quas aut vendendo litigium aut invasionis participando temeritatem constat negotium non habere, ne qua instaurandi litigii quaeratur occasio, omni actione privamus: non praeiudicantibus contractibus, si quos occupatores fortasse cum quibuscumque personis de eadem domo in praeiudicium domini inire voluerunt, quoniam res pervasa in alium transferri iure non potuit.
5 Restituturum quoque censemus, quaecumque de rebus eius illo expulsionis tempore a quocumque pervasa sunt. Neque enim ita remittimus ultionem, ut diripi aut occultari aliena patiamur, Pieri p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Quare inlustris magnitudo tua in traditione aedium pervasarum Marcianum agentem in rebus vel officium suum iubebit parere decretis nec ullam saluberrimis praeceptionibus nostris tarditatem
6 sub inpedimento cuiuscumque personae patiatur afferri. Ut vero ea, quae pro possessorum omnium quiete sancimus, in omnium possint notitiam pervenire, hanc legem nostram amplitudo tua propositis divulgabit edictis. DAT. V ID. IVN. RAV(ENNAE) VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO V̄C̄. CONSS.

*ΓΔOD [= Paris. 12445] fol. 210$^a$ (incipit* 16 quia inlicitis *sub praescripto* 'item in libro primo legum nouellarum').

29 causas litesque prosequi *O*   patemur *Γ*   30 debuit] debui et *Γ*   occupare] *Pithoeus*, conpare *Γ*, conparare *OD*, comparari *Δ*   quoque *Γ*   30/31 ei aest.] aest. *Γ*, in aest. *OD*, ei in aest. *Δ*   32 securitate] seueritate *Pithoeus*   uindendo *ΓΔ*   33 inuasionis] *D*, inuasione *Γ*, inuasioni *ΔO*   34 proriuamus *Γ*   35 fustasse *Δ*   domum *Γ*   36 uoluerint *Γ*$^a$   transferre *ΓΔD*   37 restituturum] *fortasse* restitutum iri   censimus *Δ*   quaecumque] decumque *Γ*   eius] illius *O*   38 quocumque] q. de rebus *Δ*   39 pkaa] pka *ΔD*   quare] *Γ Pithoeus*, que *Δ*, itaque *OD*   inlustra *Δ*   39/40 magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔOD*   40 traditione] *ΓO*, traditionem *ΔD*   peruasorum *ΔD*   agente *Γ*   40/41 officio suo *D*   41 decretis] edictis *O*   praeceptis *O*   42/43 possessore *D*   43 quietem *Γ*   possit *ΓD*   noticia *Γ*   44 deuulgauit *Γ*, uulgabit *OD Pithoeus*, uulgauit *Δ*   44/45 dat. u id. iun. (*sic Γ*, ian. *ΔOD*) rau. ualent. a. (*om. Γ*) u (*sic Γ*, *om. ΔOD*) et anatolio (auxentio *O*) uc̄ (*om. ΓO*) conss. *libri*

Nov. VIII, 2 (441 Ian. 27).

IDEM AA. AVXENTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Habet hoc insitum sollicita aequitatis examinatio, habet secundarum cogitationum subtilior et exactior cura, ut, si quid in legibus ferendis post impetum primum deliberatio properata deliquerit, hoc consilio perpensiore revocetur. Permittit enim consuetudo ipsa rerum, adstipulantur innumera vetustatis exempla multas leges a suis latoribus dempta aut addita parte posse corrigi, multas tractatu maturiore penitus abrogari. Quod nunc de abolenda constitutione decernimus, quam non ante multos menses ad preces inlustris viri Auxiliaris promulgaveramus moti ingesta nobis pervasionis invidia. Sed quia obsecratio viri inlustris Apollodori nuper nos adtentiores ad aestimandam iustitiam fecit, ob hoc tractatis omnibus et plena aestimatione discussis propter illa praecipue, quae negotii modum, de quo tunc actum est,

1 idem aā auxentio *om. ΣΞ*   pū] *D Pith. (ad Cuiac.)*$^b$, pf urbis *Δ*, ppo *Γ*, preposito *O*, *om. ΣΞ*   habet hoc] habito *Ξ*   insitum] institutum *D*   sollicitate *ΣΞ*   2 cognitionum *Σ*$^2$   et exactior] exaccior *Ξ*, exactiorque *ΔΣ*   3 feredis *Ξ*, feriendis *D*   dereliquerit *Σ*$^a$   perpensiore] *Gothofredus*, propensiore *ΔΣ*, propinsiore *Ξ*, propensiori *O*, propinsio *Γ*   4 reuocatur *ΔΣΞD*   rerum] r. et *Σ*$^2$   5 multa *Σ*, multis *Γ*   legis *ΓΣ*$^1$*Ξ*   lateribus *Ξ*   adempta aut adita *Δ*   corregi *ΔΣ*, correge *Ξ*   multa *Σ*$^2$   6 maturiori *Ξ Pith. (ad Cuiac.)*   penitus] posse penitus *O*   abrogari] auferri *Σ*$^v$   de] se *Σ*$^1$*Ξ*, esse *Σ*$^2$   ambulenda *Γ*, abolendam *ΣΞ*   constitutionem *Σ*$^1$*Ξ*   7 multus mensis *Ξ*   ad preces] *Γ Pithoeus*, de preces *ΔΣ*$^1$*Ξ*, de prece *OΣ*$^2$*D*   inlustri *ΔΣ*$^1$*Ξ*, inl̄ *D*   uir̄ *D*   auxialiaris *Γ*   8 uir̄ *D*   inlustri *ΔΣ*$^1$, inl̄ *D*   appollodori *ΔΣ*   9 nos adtentiores] nos adtentiones *Γ*, adtentiores nos *OD*, attentiores (-ris *Ξ*, *om.* nos) *ΔΣΞ*   estimandas *Γ*, estimandum *Σ*$^2$, stimandum *Σ*$^1$*Ξ*   ob] ab *Ξ*   tractis *Σ*$^1$*Ξ*   plana *D*, planam *ΔΣ*$^1$*Ξ*   9/10 estimationem *ΔΣ*$^2$, stimationem *Σ*$^1$*Ξ*   10 illam precipuis *Ξ*   quae] qua *ΔΣ*$^1$*Ξ*   modo *Γ*   de quo] equo *Ξ*, quo *Σ*$^2$, quod *Σ*$^2$

supergressa fuerant et inmerito personas mulierum pariter inligaverant, supra memoratam legem praesentis edicti auctoritate removemus, Auxenti p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
1 Unde inlustris magnitudo tua hanc, qua praecepti superioris vacuatur incautior definitio, programmatis adiectione vulgabit, ut agnosci ab omnibus possit his, quae in illa displicent, abolitis id, quod solum de vetustate repetitum probabile videtur, priscarum tantum legum definitione servandum. DAT. VI KAL. FEB. RAVENNAE P(OST) C(ONSVLATVM) VALENTINIANI A. V ET ANATOLII $\overline{\text{VC}}$.

*ΓΔΟΣΞD Fuld. (incipit* 13 magnitudo, *finit* 16 seruandum*)*

**11** inligauerat *ΔΣ²*, inlegauerat *Γ*, in lege gaurat *Σ¹* memorata *Ξ* **12** pra(e)seutes *ΓΣΞ* autxenti *Γ* **12/13** $\overline{\text{pkaa}}$] *O*, post $\overline{\text{kaa}}$ *Γ*, $\overline{\text{pka}}$ *ΔΣD*, pko *Ξ* **13** inlustra *Δ*, inluster *D*, *om. Ξ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔΟΣΞD Fuld.* hac *Ξ* quam *ΔΣΞ Fuld.* precepta *Fuld.* superiores *Fuld.* **13/14** incautior] in paucis *Γ*ᵃ **14** definitio] definicior definicio *(sic) Ξ*, diffinitio *O* programmaticis *ΔΣΞ Fuld.*, pragmatica *OD* adiectione] *scripsimus*, lectione (-nem *ΣΞ*) *libri* uulgauit *Γ*, mulgauit *ΔΣΞ Fuld.*, euulgabit *Pith. (ad Cuiac.)* ut] aut *Ξ* ab] ad *Ξ* **15** de] e *Fuld.* uetustatem *Γ*, uetate *Ξ* petitum *Fuld.* probabilem *Γ* uidetur] uinditur *Fuld.* **16** definitiones *Γ*, definiconem *Ξ*, difinicione *Fuld.* **16/17** $\overline{\text{pc}}$ ualentiniani agusti u et anatolio $\overline{\text{uc}}$ cosl. *Γ*, $\overline{\text{pc}}$ *(sic D*, $\overline{\text{po}}$ *ΣΞ*, post consulatum *Δ)* ual. ā. *ΔΣΞD*, ipso augusto consule *O*

# VIIII. DE REDDITO IVRE ARMORVM.

uiiii] *Γ*, ii *O*, theod. xx **ΔΔ Fuld.* de reddito (redito *Γ*, *om. O*)] eredicto *Fuld. (context.)* armarum *Fuld.*

Nov. VIIII (440 Iun. 24).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. POPVLO ROMANO. Quoties publica poscit utilitas, universitatis sollicitudinem ducimus advocandam, ut omnibus profutura inpleantur ab omnibus, nec molestum esse provincialibus nostris credimus, quod pro ipsorum salute disponitur, ut resistendi praedonibus cura subeatur. Gensericus hostis imperii nostri non parvam classem de Karthaginensi portu nuntiatus est eduxisse, cuius repentinus excursus et fortuita depraedatio cunctis est litoribus formidanda. Et quamvis clementiae nostrae sollicitudo per diversa loca praesidia disponat atque invictissimi principis Theodosii patris nostri iam propinquet exercitus et excellentissimum virum patricium nostrum Aetium cum magna manu adfore mox credamus cumque vir inlustrissimus magister militum Sigisvuldus tam militum atque foederatorum tuitionem urbibus ac litoribus non desinat ordinare, tamen quia sub aestiva navigandi opportunitate satis incertum est, ad quam oram terrae possint naves hostium pervenire, singulos universosque hoc admonemus edicto, ut Romani roboris confidentia et animo, quo debent propria defensari, cum suis adversus hostes, si usus exegerit, salva disciplina publica servataque ingenuitatis modestia, quibus potuerint utantur armis nostrasque provincias ac fortunas proprias fideli conspiratione et iuncto umbone tueantur: hac videlicet spe laboris proposita, ut suum fore non ambigat quidquid hosti victor abstulerit. ET MANV DIVINA: PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRO POPVLO ROMANO. ET AD LATVS: DAT. VIII KAL. IVL. RAV(ENNAE) VALENT(INIANO) A. ET ANATOLIO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

*ΓΔΟ Fuld. (incipit* 13 cum, *finit* 14 seruata*)*

**1** populo romano] *Γ*, ad populum romae (*om. Δ*) *ΔΟ* possit *Γ* **2** ducimus] credimus *O* aduocanda *Δ* profuturam *Γ* **3** prouincialibus] ad prouincialibus *Δ*, id pr. *Pithoeus* credemus *Γ* **4** gensericus] *Pithoeus*, iensericus *Γ*, ginsericus *O*, geusericus *Δ* non] *ΓΟ*, ut *Δ*, haud *Pithoeus* **5** cartaginensi *O*, charthageninse *Γ*, carthagin̄ *Δ* **6** dementie *Δ* **7** principi *Γ* **7/8** patr. n. theod. *O* **9** aetium] *Δ*, etium *O*, ecium *Γ* **10** militum *om. Γ* sigisuuldus] sigisuultus *Pithoeus*, segisuuldos *Γ*, sigisuualdus *O*, sigisundus *Δ* tam] tutam *Pithoeus; fortasse scrib.* etiam atque] quam *O* **11** extiua *Γ* incestum *Δ* **12** hoc admonemus] *Γ*, nostros (nostro *O*) monemus *ΔΟ* **13** et] *Γ*, ex *ΔΟ* quo] *O Pithoeus*, quod *ΓΔ* debet *Δ* defensari] *Γ*, defensare *ΔΟ* **14** ostis *Fuld.* usus] *Γ*, ius *Δ Fuld.*, uis *O Pithoeus* exigerit *ΓΔ* seruatur *Fuld.* **17** oste *Γ* **17/18** et manu d. pr. am. nostro (nostri *O*) p. r. et ad latus (latis *Δ*)] *ΔΟ*, *om. Γ* **18/19** dat. uiii k. iul. rau. *(sic Γ*, romae *ΔΟ; hic desinit Γ)* ual. a. *(om. Δ)* (u *ins. edd.*) et anatolio $\overline{\text{uc}}$ conss. *(om. Δ) libri*

# X. NEQVE DOMVM DIVINAM NEQVE ECCLESIAM AVT ALIQVAM PERSONAM A QVOLIBET MVNERE PVBLICO EXCVSANDAM.

x] *Γ*, uiii *O*, theod. xxi **ΔΔ Fuld.* neque d. d. (diu. dom. **Δ*) n. eccl. aut aliquam personam (aut aliqua persona *Fuld.*, *om.* **Δ*) a (*om.* **ΔΔ*) quol. mun. publ. (publ. mun. **ΔΔ Fuld.*) excusandam (excusandi *Fuld.* [*context.*])] nullam domum a publico munere excusandam *O*

Nov. X (441 Feb. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. MAXIMO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum publice privatimque in omnibus rebus ac negotiis iustitiam conservari oportet tum praecipue in his tenenda est, quae vectigalium nervos sustinent, quoniam adtenuatis devotorum viribus utili aequitate succurrunt. Quod plurimi respuunt, qui domesticis tantum conpendiis obsequentes bonum commune destituunt, quo vera ac solida utilitas continetur melius plane ad singulos perveniens, cum profecerit universis, maxime exigente hac tributorum necessitate, sine quibus nihil in pace aut bello curari potest. Neque ultra valebit perpetuitas eorum manere paucis atque defessis inposita sarcina, quam potior detrectat, locupletior recusat et validiore reiciente solus agnoscit infirmior.
1 Hanc itaque iniquitatem corrigentes primo capite huius sanctionis decernimus, ut omnes, quicumque ex iure domus regiae vel a pietate mea vel a qualibet persona sacrarum necessitudinum mearum praedia adepti sunt sive usufructuaria largitate seu donatione directa sive commutationis vel emptionis ratione quaesita, parem cum ceteris possessoribus condicionem subeant functionum: in hac sorte numerandis his quoque, qui retento sibi usufructu proprietatem iuris sui venerabilium pignorum meorum vel pietatis meae domui contulerunt. Quos omnes ea condicione tributa volumus agnoscere, ut nihil sibi ex aurariis titulis vel superindicticiis vindicent, quos ad similitudinem domus nostrae
2 qualibet sacri praecepti inpetraverant sanctione. Secundo gradu huius legis cavemus, ut quicumque census inlustrium dignitatum sive ecclesiasticus vel in urbe sacratissima vel in quibuslibet provinciis ad exemplum domus nostrae quocumque praecepto diversam sibi ab aliis ipsius census quem solvere videbatur condicionem fecerat, onus consuetum absque ulla privilegii exceptione sustineat nec in arcalibus tantum titulis, sed et his, quos sacri vel privati aerarii partibus deputavit vetustas, ut ita demum difficultati expensarum vexationique inopum divinam moderationem secuti gemina salutaris constituti
3 remedia porrigamus. Nunc iam non dissimile superioribus, immo cuius utilitas paene latius patet, hac edictali lege conplectimur sine ulla honorum personarum privilegiorum

---

**1** ii *om. O* ppo] preposito *O* **2** iusticia *Δ* conseruari oportet] *ΔO*, conseruare oporteat *Γ* **3** in his pr. *O* quoniam] *scripsimus*, quam *Γ*, quae *ΔO* **4** utili aequitate] *Γ Pithoeus*, salua aequitate *O*, uti equitatum *Δ*, uti aequum *Pithoeus* **4/5** domestici statum *Γ* **5** bonum] bone *Γ* **6** profecerit] *O*, proficerit (-ret *Δ*) *ΓΔ* uniuersi *Γ* **7** in pace aut bello (bella *Γ*)] in bello aut pace *O* **9** detrectat] *Pithoeus*, detractat *Γ*, decretat *Δ*, aut *O* reiciente] *Γ*, rei cedente *Δ*, recedente *O Pithoeus* **10** corrigente *Γ* omnis *O* **11** a pietate] pietate *libri* personas *Δ* **12** usufructumaria *Γ*, fructuaria *ΔO* **13** directa siue] *Γ*, directa seu *ΔO* empt. uel comm. *O* quorita *Γ* **14** condicionem (-ne *Γ*) subeant functionum (-ne *Γ*)] *ΓO*, subeant functionem (*om.* condicionem) *Δ* **15** sibi] siue *Γ* sui] sui siue *O* uel] siue *O* **17** aurariis (auriis *Γ*) titulis uel superindicticiis (superindictiis *Γ*)] *ΓO*, aur. titulis (*del. Pithoeus*) uel superindictitiis titulis *Δ* **18** inpetrauerant] *Γ*, impetrauerunt *ΔO* secundum *ΔO Fuld.* gradu] *Δ*, gradum *O Fuld.*, gra *Γ* cauemus] gauimus *Fuld.* **19** quacumque *Fuld.* dign. ill. *O*, inlustri *Fuld.* sacratissimam *Γ*, sanctissima *Δ* **20** in *om. Γ* prouincies *Fuld.* ad] ut *Fuld.* quecumque praeceptum *Γ* diuersa *Δ* **21** ab aliis ipsius *om. Fuld.* quem *om. Fuld.* condicione *Γ* fecerat] *ΓΔ*, fecerit *O* **21/22** onus c. a. ulla *om. Δ* **22** susteneant *ΓΔ* in arcalibus] marcalibus *Δ* et] etiam *O* **23** ut *om. Δ* **24** uexationeque *Γ*, exactionique *ΔO* **24/25** remedii constituta *O* **25** dissimilis *Δ* **26** edicta *Δ* conplectimus *Γ* honorum] horum *Γ*

distinctione generaliter sancientes, ut itinerum reparatio aliaque munia huiusmodi ..... omnium certante studio, quo cum facilius tum firmius inpleantur. Haec enim superioris aetatis principes et divorum parentum nostrorum liberalitas inlustribus titulis redundantis opulentia saeculi minore aliorum possessorum pernicie conferebant: quod quamvis et tunc iniustum, tamen inter initia lenius videbatur; sub difficultate autem praesentis temporis non modo rei ipsius natura iniquum, sed et inpossibile paucis ac tenuioribus constat, qui multiplicato suae alienaeque functionis onere depressi procumbent penitus, nisi aliquando idoneorum societate respirent. An forte contumeliosum putandum est inventum contra rationem nomen munerum sordidorum, quo instauratio militarium viarum, quo armorum fabricatio, quo murorum refectio, quo apparatus annonae, quo reliqua opera, per quae ad splendorem defensionis publicae pervenitur, prava appellatione censentur? sine quibus nullus maximarum rerum procedit eventus? quorum adminiculo salutem pariter et decus tuemur imperii? ac, ne singula prosequamur, sine quibus nihil necessarii operis effici potest? Repetita clementiae nostrae praeceptione sancimus, ut antiquatis omnibus privilegiis, quae vel dignitatibus delata fuerant vel diversae militiae collegia meruerunt aut nomine venerandae religionis obtentum est, omnis ubique census, qui non personarum est, sed agrorum, ad universa munia a nona dumtaxat indictione, ut supra definivimus, absque ulla discretione cogatur. In qua parte quo quisque honoratior aut opulentior est, eo alacriorem publicis necessitatibus animum debet, quarum sibi procurationem magis intellegit profuturam, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).

4 Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua hanc legem consuetae sibi provisionis vigore in omnium provinciarum populorumque notitiam perferet et celeriter universos diu expectati remedii salubritate iubebit potiri, ut sero saltem difficultati rerum devotio locupletum pariter ac pauperum iustis aequata partibus libentius obsecundet. DAT. X KAL. MART. RAV(ENNAE). ACCEPTA PRID. ID. MART. VBI SVP(RA) P(OST) C(ONSVLATVM) VALENTINIANI A. V ET ANATOLII $\overline{\text{VC}}$.

---

*ΓΔO Fuld. (incipit* 18 secundo, *finit* 21 uidebatur*)*

**27** distinctionem $\Gamma^{a}$ reparato Δ aliaque] atque O *post* huiusmodi *videtur excidisse* expediantur *vel simile vocabulum* **28** omnium *om.* Δ studium Γ quo *om.* O **30** redundantis] *scripsimus,* redundantes ΓΔ, redundante O conferrebant Γ quod] quod si Γ **31** lenius] legimus $\Gamma^{a}$, leuius *edd.* autem] aut e Γ **32** tempore Δ et *om.* Δ inpossibilem Δ **33** ac tenuioribus] ante moribus Γ multiplicatu Γ alienaeque] aliene nequed $\Gamma^{a}$, alienoque Δ, alienae O **33/34** procumbant Δ **34** idoneorum] sordidorum munerum O **35** est] est et O contra rationem] O *Pithoeus,* contra ratione Δ, contraria racione Γ munerum] numerum Γ **36** uiarum] Γ *Pith. (ed. adnot.),* uirorum ΔO quo arm. refectio quo mur. fabricatio O **37** quae] quem Δ defensionis] Γ, distinctionis ΔO **38** maximorum Δ **38/39** adminicolum Γ **39** salutem] Γ, statum O *Pithoeus,* statim Δ tuimur Δ **40** effici] perfici O repetita] reperta Δ, quare repetita *Pithoeus* **41** antiquantes Δ **42** meruerant O aut] ΓΔ, uel O; *fortasse scrib.* aut si quod obtentum est] ΓΔ, obtenta sunt O **43** uniuersa] ΓO *Pithoeus,* uersa Δ a nona] Γ *Pithoeus,* annona Δ, annonae O; *nona indictio incipit a. 440 Sept. 1* **44** ut] qua O diffiniuimus O qua] Γ *Pith. (ed. adnot.),* quarta Δ, quartam O **44/45** parte quo] partem quo enim O **45** op. et bon. O **46** procuratione Δ **46/47** $\overline{\text{pkaa}}$] $\overline{\text{pka}}$ Δ **47** inlustre Δ **48** perferet] O, perferret Δ, praeferret Γ, perferre *Pithoeus* **49** spectati Γ salubritate (sabritate Γ) iubebit (iuberi Γ)] iub. sal. O poteri Γ, potiori Δ saltim Δ **50** difficultate O, difficultari $\Gamma^{a}$ rerum] remota O **51** x] xu O accepta prid. id. mart. ubi sup.] Δ, *om.* ΓO **51/52** $\overline{\text{pc}}$.] Γ, post consulatum Δ, *om.* O **52** ualentiniani] ualeñ Γ, ualentiniano ΔO u et anatolii $\overline{\text{uc}}$.] u *(om. Γ)* et anatolio $\overline{\text{uc}}$ *(om. Δ)* cons. ΓΔ, cons. O

## XI. DE HONORATIS ET QVIS IN GRADV PRAEFERATVR.

xi] Γ, xuiiii *O*, theod. xluiii *ΔΔ *Fuld.* de honoratis et *om. O (context.)* quis in] qui sine *Γ (lat.)* gradu] gradu cui *O (context.)* perferatur *Fuld. (context.)*

Nov. XI (443 Mart. 13).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. STORACIO P(RAEFECTO) V(RBI). Studiose niti atque agere clementiam nostram decet, ut quidquid ad cumulandum consularium titulorum nomen proficit sanciamus, quos pro sui magnitudine ac reverentia vetustatis etiam
1 nobis libenter adsciscimus. Et quoniam certum est lege divi parentis nostri Gratiani cautum, quae amplissimis dignitatibus definitum venerabilis constitutio ordinem dedit, ut patriciatus honor et infulae consulares, si copulata sibi unius personae meritis iungantur, eum, cui utrumque contigerit, potiorem faciat illo, qui ex his alterius honoris tantum fulgorem consecutus videtur, plenum rationis et aequitatis putavimus, ut quisque bis consulatus adipisci meruisset insignia praeferatur his, qui semel functi sunt hoc honore. Quod si alterius adiectio dignitatis hanc solam superat, quanto magis duplicatae tanti suggestus infulae et curulium ornamenta geminarum obtentis semel anteferenda
2 sunt fascibus, Storaci p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua hac nos generali lege sanxisse cognoscat, quam propositis edictis vulgare debebit, ut quisque consulare fastigium secundo conscendere meruerit illis etiam praeferatur, qui uno anno fastis nomen dederunt, quamvis anteriore tempore consulatum cum patriciatu pariter sunt adepti. Ea enim dignitas, quae nomini quoque Augusto quoddam decus videtur adquirere, secundo delata privatis personis absque superioris praescriptione temporis iure universis honoribus antecellet. DAT. III ID. MART. ROM(AE). P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI MAXIMO II ET PATERIO VV. CC. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld. (incipit* 2 clementiam, *finit* 3 sanciamus*)*

1 aa. *om. O* stauratio *Γ* pref. urbis *Δ*, p̄c̄ *Γ*, preposito *O* 2 climencia *Γ* consularium] consolauerit *Fuld.* 3 proficet *Γ*, profecit *Fuld.* reuerenciam *Γ* 4 adsciscimus] *ΓO Pithoeus*, adscimus *Δ* lege .... gratiani] *scilicet C. Theod.* 6, 6, 1 5 ampl. dignitatibus (-tatis *Γ*ᵃ) def. uenerabilis constitutio] uenerabili constitutione ampl. dignitatibus def. *O; scrib.* uenerabilis constitutio ampl. dign. def. 6/7 iungatur *Δ* 7 eum] ei *Γ* potiore *Γ* illo] llo *Γ* 8 quisque] *ΔO*, quisquis *Γ Pithoeus* 9 adipisci *om. O* praeferetur *Γ*ᵃ hoc *om. O* 10/11 duplicatam tantum *Γ* 11 curulium *(Pithoeus*, currulium *Γ*, curialium *Δ)* orn. geminarum] gemina curiarum ornamenta *O* 12 p̄k̄āā] p̄k̄ā *Δ* 13 magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* hanc nos gerali *Γ* 14 quisquis *Pithoeus* consulare *om. Γ*ᵃ secund̄ *Γ* etiam *om. O* 15 anteriori *O* 16 conpatriciatu *Γ* sint *O* nomine *Γ* agusti *Γ*ᵃ 17 quodam *Δ* 17/18 sup. praescr. temp.] *Γ*, praescr. sup. temp. *O*, superioris (*om.* praescr. temp.) *Δ* 18 antecellet] *ΓΔ*, antecellit *O Pithoeus* mart.] maii *O* 19 p̄p̄. in f. traiani *om. Γ* ūū. c̄c̄. conss.] ūc̄. cons. *Δ*, conss. *O*, *om. Γ*

## XII. DE PECVNIA AFRIS CREDITA ET FIDEIVSSORIBVS EORVM.

xii] *Γ*, iii *O*, theod. xxii *ΔΔ *Fuld.* afiris *Fuld. (context.)*, firis *Fuld. (lat.)* et (*ins.* de *Δ)* fid. (fedeiussores *Fuld.*) eorum *om.* **ΔO*

Nov. XII (443 Oct. 19).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si adflictis Afrorum fortunis, qui omnes facultates suas per acerbissima supplicia amittere sunt coacti, decet miserationem publicam quocumque potest humanitatis genere vel

---

1 ablino *Γ*ᵇ, abillino *Γ*ᵃ ii *om. O* p̄p̄ō] *ΓΔ*, preposito et patricio *O* 2 fortunis] personis *O* | per] super *Δ* admittere *Γ* 3 potes *Δ*

singulis vel in commune consulere, quanto dignius est infortunia eorum contra molestias
inprobas creditorum clementiae nostrae remediis sublevari? Quos enim constat pericula
famis aliter non posse depellere, nisi ope aliena auxilioque recreentur, quam magnae
acerbitatis putandum est hos ipsos inopes omnium rerum et precario victu egentes con-
pelli ad . . . . . iniuriam restituere ea, quae inproviso cladis impetu vis maior ab-
straxit sibique inter omnium spolia vindicavit? Et certe solet etiam salva re prodesse
debitoribus, si quid iis calamitatis acciderit. Hic vero, ubi omnium fortunarum
diluvium, ubi etiam quod per ignorantiam dominorum latere potuit intolerabilis
inquisitionum cruciatus extorsit, quisquam dubitare poterit, quin inmanitatem superet
hostilem, si quis, quod integris et florentibus dederat, nunc ab spoliatis egentibus et
extorribus patria recuperare conetur nec eos vereatur exigere, quos erubescendum est
1 non iuvare, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Ob hoc inlustris et
praecelsa magnitudo tua pragmatici nostri secuta praeceptum sciat miseriarum circa
Afros intuitu clementiam nostram statuisse, ut nulli nomine chirograforum creditae
pecuniae sive fideiussorum usque ad recuperationem rerum suarum quolibet pulsante
teneantur. Pro quibus neque fideiussores neque mandatores eorum quolibet genere obli-
gatos inquietari volumus, qui plerumque a creditoribus nomine debitorum conveniri pro
arbitrii sui interpretatione consuerunt. Quae forma circa eos debitores servabitur, quos
cum patria omnia sua amisisse constiterit, hoc est exceptis qui alibi locupletes atque
2 idonei non debent uti excusatione miserorum. De his quoque, quae intra provinciam
gesta sunt, in qua liberum modo non est sub quolibet causarum vel litium titulo solitum
ius a quoquam conventionis exigere, amissis aut relictis ibidem necessariis instructionibus
nemo pulsabitur, nisi forte alia evidenter adprobatione doceatur. Quod observari volumus,
sicut dictum est, usque ad illud tempus, quo qualibet ratione atque eventu patriae vel
3 propriorum recuperatio optata contigerit. Illud etiam pari iustitiae ratione servandum
est, ne creditae pecuniae cuiuslibet temporis a personis, quarum supra infortunia expressa
sunt, usurae penitus postulentur, cum abundare debeat creditoribus, si post rerum inte-
4 grationem ad sortem potuerint pervenire. Quae ut inviolata serventur, multa decem
lib(rarum) auri dispendio ferietur quisquis contra statuta numinis nostri, quae circa
Afros moti aerumnis protulimus, venire temptaverit. Quam rem et his ipsis rationabilem
videri posse credimus, qui aequitatis tramitem stimulis cupiditatis animum depravantibus
vel nolunt tenere vel nesciunt. DAT. XIIII KAL. NOV. RAV(ENNAE) MAXIMO II ET PATERIO
VV. CC. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld. (incipit* 33 quam rem, *finit* 35 nesciunt)

**4** infortuna *Δ* **4/5** improbas mol. *O* **5** subleuare *Γ* **6** recehentur (-ter *Γ*[a]) *Γ* **7** aceruitatis *Δ* **7/8** *post* conpelli ad *excidisse videntur talia:* debita soluenda et adempta per **8** restituere ea] et ea restituere *O* maor *Γ*[a] **9** sibique] *ΓO Pith. (ed. adnot.),* ubique *Δ* uindicabit *Δ* **10** his *libri* accederit *ΓΔ* **11** ignoratiam *Γ* dominorum] *fortasse scrib.* dominantium poterit *Γ* **12** inquisitionem *Γ*[a] qui inhumanitatem *Δ* **13** quod] quod et *O*, *om. Γ* spolianti *Γ*[b], spoliantibus *Γ*[a], spoliatis et *O* **14** ex tortoribus *Δ* patriae *ΔO* **15** pkaa] *O*, post kaa. *Γ*, pka *Δ* inlustre *Δ* **16** praecelsa magnitudo tua] *Γ*, praecelsa magnificentia tua *Δ*, p. m. t. *O* secuti *Γ* **17** chirograforum] *Pithoeus*, cirographorum *O*, cyrograf(f)orum *ΓΔ* **18** recuperatione *Γ* **19** teneatur *Δ* **20** inquietare *Γ* conuenire *Γ* **21** interpretationem *Δ* consuerunt] conseruent *Γ* **22** admisisse *Δ*, amisse *Γ* **23** debet *Δ* prouincia *ΓΔ* **24** qualibet *Γ* titulum *Γ* **25** conuentionis a quoquam *O* **26** alia euidenter] *Δ*, alia euidenti *O*, alique uidentur *Γ* adprobatione] *requiri videtur* uti probatione doceantur *O* obseruare *Γ* **28** contogerit *Γ* iustitiae] iustitia et *O* **29** infortuna *Δ* **29/30** sunt expr. *O* **30** abundare] *ΔO*, abulare *Γ* post rerum] *O Pith. (ed. adnot.)*, postremum *ΓΔ*, post demum *Pithoeus* **30/31** integratione *Γ*, redintegrationem *Pithoeus* **31** potuerit *Δ* quae] quam *Γ* multae *O: recte fortasse* **32** lib.] *scripsimus*, libras *ΓΔ*, librarum *O Pithoeus* nominis *Δ* **33** muti *Γ* timtauerint *Γ* et *om. Γ* racionabile *Fuld.* **34** uidere *Fuld.* crededemus *Fuld.* qui] nisi *Pithoeus*, *om. Δ* equitate *Fuld.* **35** tenire *Fuld.* nestiunt *Γ* xiiii] xiii *Γ* rau.] *Γ*, *om. ΔO* **36** uu. cc. conss.] uc. conss. (cons. *Δ*) *ΔO*, *om. Γ*

# XIII [*Haenel* XVIII]. DE TRIBVTIS FISCALIBVS ET DE SACRO AVDITORIO ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

**xiii] *Γ*, uiiii *O*, theod. xxiii **ΔΔ Fuld.* fiscalibus] et fisc. *O* et de sacro (sagro *Fuld.*) auditorio] *Δ Fuld.*, *om. Γ *ΔO* et (uel *Δ Fuld.*) de (*om. Γ [lat.]*) diuersis (*sic Γ*, ceteris *Δ Fuld.*) neg. *om. *ΔO***

Nov. XIII [XVIII *Haenel*] (445 Iun. 21).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Numi-
darum et Maurorum Sitifensium nuper acta legatio, quam Palladius v(ir) s(pectabilis)
comes et ... tribunus v(ir) c(larissimus) et Maximinus v(ir) l(audabilis) sacerdotalis proba-
biliter executi sunt, huius legis praeceptum de nostra perennitate promeruit. Proinde
quia aequum est aegris provincialibus et publica clade vexatis humanitatis nostrae bene-
ficiis subvenire, hunc tributi modum ab his magnitudo tua sperandum esse cognoscat,
ut retractis septem partibus octavam tam privatae quam enfyteuticae glebae possessor
agnoscat, pro qua octava omnibus titulis ad unum redactis, quos possessor vel quivis
quolibet nomine praestare consueverant, quattuor milia ducentos tantum sol(idos) et mille
ducentas militares annonas et ducentum capitum Numida provincialis exsolvat, ita ut
praedia domus divinae, quae a perpetuariis detinentur, simili modo octavam partem
1 inferant etiam argentariae functionis. De teloneo vero statuimus, ut ex quinque cen-
tesimis duae Rusicadiensi et Chullitanae civitatibus, tres sacris largitionibus inferantur;
de salinis alumine caractere herba rubia lini maceratura et clavi vetri tantum tituli
a sacris largitionibus pro numero hominum et possibilitate poscantur, ab hoc actu vel
2 cura curialibus penitus remotis. Quinta etiam, quae in privilegiis domus pietatis
nostrae vel necessitudinum nostrarum recedit, superfundatur cunctis possessoribus, ut
promissa summa, quae ad arcam defundenda est, inpleatur. Quae omnis exactio per
3 provinciale procuretur officium, a curialibus submota molestia. Has autem militares
annonas cum provinciales pro longinqui difficultate itineris in adaeratione persolverint,
4 unius annonae adaeratio quattuor per annum solidis aestimetur. Ne vero necessitatis
occasione in expeditione militi constituto carioris cuiquam vendere liceat, pretia necessa-
riarum rerum sub hoc modo, quo annonam adaeravimus, iubemus inferri: id est tritici ad

---

**1** ii (*om. ΔO*) ppo (preposito *O*) *libri* **2** paladius *Γ* **2/3** us (*sic Γ*, uir spectabilis *O*, uir *Δ*, uir c. *Pithoeus*) comes (comis *Δ*) et (*om. Γ*) tribunus uc (*om. O Pithoeus*) *libri; ante* tribunus uc *hiatum signavimus praeeunte Haenelio* **3** maximinus] *Γ*, maximianus *O*, maxinianus *Δ* u(ir) l(audabilis) sacerdotalis] *scripsimus*, uel sacerdotales *Γ*, uir laudabilis *ΔO* **5** uexates *Γ* **5/6** beneficio nostrae *O* **6** subueniri *ΔO* **7** enphiteutice *Γ*, infit(h)eutic(a)e *ΔO* **8** octauam *Γ* **8/9** uel quiuis (*sic Gutherius*, ciuis *ΓΔ*) quolibet] cuiuslibet *O* **9** consueuerat *O* **10** ducenta capita *O* numida (nummida *Γ*, munida *Δ*) prouincialis] prouinciales numidie *O* exsoluant *O* ita ut] aut *Δ*, ut *Pithoeus* **11** detenentur *ΓΔ* **12** functiones *Δ* teloneo] *Ritter*, theuloneo *Γ*, colone *Δ*, colonis *O* ex *om. Δ* **12/13** centissimis *ΓΔ* **13** rusicadiensi] rusiccadiensis *Γ*, rusicaniensis (-ses *Δ*) *ΔO* chullitanae] *sic fere scrib. (cf. C. I. L. VIII p. 700)*, collectane *Γ*, colitaneae *O*, coluane *Δ* largitionabilibus *Δ* **14** alumine salinis *O* caractere] *om. O; intellegi videtur* carectum, *locus ubi crescit carex sive spartum*, *fortasse item dictum* carectrum (*cf. glossa Agnardi apud Goetzium vol. 5 p. 617:* 'carectrum est locus quo lisca [*= Riedgras: Diez, Wörterbuch der rom. Sprachen I p. 351*] crescit' herba rubia] h. rubea *ΓΔ*, *om. O* lini maceratura et *om. O* claui uetri (*sic Γ*, uitrei *Δ*) *om. O; continetur in loco corrupto praeter nomen vectigalis cuiusdam etiam adiectivum, quale est* ueteris **14/15** tantum tituli a (titula *Δ*)] *ΓΔ*, ut tantum a *O* **15** largitionabilibus *Δ*, largitionalibus *Pithoeus* pro numero (-rum *Γ*) hom. et poss. poscantur] poscatur quantum pro n. et poss. hom. uisum fuerit *O* ab] *ΓO Pithoeus*, ob *Δ* **16** curalibus *Γ* quinta etiam quae in priuilegiis] *Γ*, quanta etiam et omnibus priuilegiis *O*, quintam omnibus que iugiis (iugis *Pithoeus*) etiam *Δ* **17** recedit *om. O; fortasse scrib.* resedit (*ita Beck*) *vel* res cedit superfunditur *ΔO* ut] sit *Δ* **18** defundenda est] *Γ*, deferenda est *O*, defendentes *Δ* qua *Γ* **19** a *om. Γ* submota] sullata *O* molestiam *Γ* **20** longinqui] *ΓO*, longinqua *Δ* difficultati *Γ* **21** solidi *Δ* **22** milite *Δ* carioris] *Γ Pithoeus*, cariores *O*, curiores *Δ* uindere *ΓΔ* pretio *O* **22/23** necessarium *Δ* **23** quod *Δ* adaerauimus] *Γ*, adaeramus *ΔO* inferri] *Γ*, ferri *ΔO*, farris *Pithoeus*

singulos solidos Italicos modios quadraginta et carnis pondo ducenta septuaginta, vini sexta-
5 rios Italicos ducentos. Mauri vero Sitifenses servatis omnibus privilegiis dudum sibi a
retro principibus indultis pro omnibus titulis totius annonae nomine quinque milia soli-
dorum et quinquaginta capitum in annonis ducis consueto tempore annua functione
dependant, pro octava portione soluturi quod tributum erit exceptis praediis divinae
6 domus, quae tamen exemplo Numidiae provinciae conlatura sunt pensiones. Desideriis
vero, quae probabiliter insinuata sunt auribus nostris, singillatim responsa praestamus:
ne cuiquam passim titulos in praediis propriis vel alienis vel pietatis nostrae nomine
vel sacrarum necessitudinum nostrarum vel cuiuslibet alterius fas sit adfigere, ita ut et
post recuperationem provinciarum, si qui inpositi sunt, ilico a possessore praedii depo-
nantur eosque haec poena maneat, ut, si quis suo fundo adposuerit titulos, quinque libras
auri fisco nostro cogatur inferre, si alieno, amissa negotii repetitione quaecumque ei
7 conpetit, decem libras auri qui fuerit titulos adposuisse convictus exsolvat. Interest
etiam publicae commoditatis, ne vexatae provinciae ambitione extraordinaria subruantur.
Ad has itaque provincias praeter ducem vel consularem et praesidem, qui vetustatis
privilegio ordinariorum iudicum nomen obtinent, nec curiosos litorum nec quemquam sub
8 alicuius actionis occasione illuc dirigi sublimitas tua adspirare patiatur. Ne quis
vero de hac ipsa raritate colonorum clericatus vel militiae privilegio se existimet ex-
9 cusandum, superioris legis, quae hoc inhibet, formam praecipiet custodiri. Praeterea
Constantiniensis civitatis plebi vel curialibus concessa dudum privilegia debere servari,
ita ut aquam civitati deputatam ad privatos usus non liceat usurpare; loca quoque
publica, si sine legitimo praecepto ab aliquo tenentur, pristino iuri oportere restitui.
Advocatis vero intra Africam manentibus non debere inputari ad annorum numerum
tempora incursibus interrupta barbaricis; quae tamen cum expleverint, clarissimatus
10 honore potiantur. Illud etiam pernoti iustis adlegationibus libenter adnuimus, ut,
quia publico infortunio ad paucos redactus est ordinum numerus, in municipalium con-
fectione gestorum sit firmitas, si apud tres curiales publico fuerint exceptore perscripta.
11 Cautiones, quae expensarum nomine v(iro) s(pectabili) Octaviano emissae sunt, cognitis
12 per proceres nostros causis earum iusta ratione vacuamus. Quicumque etiam intra
provincias Africanas ad ius nostrum pertinentes a cuiuslibet iudicis sententia provo-
caverint, quoniam decreti antiquitus cognitoris cessat officium, inlustris urbanae praefec-
turae examine ex appellatione se noverint iurgaturos; sed quia transmarinae regionis
13 sunt, indutias tempori annum debere praestari. Illud etiam iustitiam petitionis secuti
salubriter ordinamus, ut, quoniam militaris opera tunc maxime necessaria est, si in limine
constituta barbarorum discursibus opportune semper occurrat, evagandi ex his locis

---

**24** singulas *Δ* modia *Δ* carnies *Δ*, carnium *Pithoeus* pondus *Δ* **24/25** sestarius *Γ*, sextaria *Δ* **25** italicos *om. Γ* sitifensens *Γ*ᵇ priuilegiis . . . . **26** indultis] *cf. C. Theod. 7, 1, 6. 12, 1, 64; Iust. 10, 32, 27; v. etiam C. Theod. 6, 27, 16. 8, 4, 28* **26/27** solidorum] *Pithoeus*, solidos *ΔO*, soledus *Γ* **27** capita *O* cum sueto *Γ*, consuetudo *Δ* **28** pro octabam porcionem *Γ*, pro octaua parte *O* **29** exemplum *Γ* pensiones] *Γ*, possessiones *Δ*, *om. O* **31** ne] nec *Γ* **32** necessitudinem *Δ* ita ut] itaque *Δ* **33** post rec. prou. si qui] *scripsimus*, si qui post rec. prou. *libri* inpositi sunt] imposite re *Δ*, impositi reperiantur *Pithoeus* **34** haec] post haec *O* poena] pene *Γ*ᵃ*Δ* maneat] *Γ*, peneat *Δ*, teneat *O Pithoeus*, puniat *Pithoeus* qui *Δ* **35** aliena *Γ* amisso *Δ* negotii repetitione] *ΓO*, secundum petitionem (-ne *Pithoeus*) *Δ* quodcunque *O* **36** fuerat *Γ*ᵃ **37** uexte *Δ* obruantur *O* **38** ad has] abbas *Δ* itaque] *fortasse* itemque **39** nomina *O* litorem *Γ*ᵃ, lictorum *O* **40** alicui *Δ* dirige *Γ* adspirare *om. O* **41** raritate] *O*, raretate *Γ*, ueritate *Δ*, uarietate *Pithoeus* clericatus] *ΓO Pithoeus*, clericus *Δ* estimet *Γ* **42** hoc *om. Γ* inibit *Δ* precipies *Pithoeus*, iubebit *O* costodire *Γ* **43** plebe *Γ* **44** ciuitati] *scripsimus*, ciuitatibus *libri* usos *Δ* usurpari *Δ* quoque] que *Γ* **45** si *om. Γ* iure *ΓΔ* **46** africa *Γ* inputare *Γ* **46/47** numero tempore *Δ* **47** cum] si *O* carissimatus *Γ* **48** permotis *Δ* **49/50** confectio *Γ* **50** iustorum *Δ* publico] *fortasse* a publico excepte *O* prescripta *Δ*, rescripto *O* **51** cautiones] c. autem *O* ūs] *Γ*, uiro sullimissimo *O*, uiri *Δ*, ubi *Pithoeus; scrib.* a u(iro) s(pectabili) octauiano] octauo anno *vel* octauum annum *Pithoeus* **52** per proceres] *ΓO Pithoeus*, proces *Δ* quic. etiam] eciam quic. eciam *Γ* **53** a] ad *ΓO* sententiam *O* **54** cognitores *Δ* **54/55** inlustris urbanae praefecturae] *Γ*, illustris (inlustri *Δ*) uiri (*om. Δ*) urbis praefecti *ΔO* **55** ex appellatione *om. O* iurgatores *Γ* regiones *O* **56** tempori] *ΓO*, temporis *Δ* **57** militaris] politaris *Δ* limine] *Γ*, limite *ΔO* **58** his] domini *Δ*

licentia denegetur; ne tamen ii, quibus in mediterraneo familia est atque possessio, a domiciliis propriis penitus excludantur, per annum huiusmodi militibus unius mensis
14 indutias debere concedi. Erit etiam sollicitudinis ducis provinciae, ne cuiquam ad occasionem vexandarum reliquiarum armatos habere liceat, nisi forte his, qui sub periculo proprio laudabili animositate contra hostem manus suas viresque promiserint pro utilitate communi: quorum animositatem ita erigendam esse censemus, ut quidquid de praeda hostium conquisierint sibi habeant exceptis hominibus, quos se provinciales docuerint
15 perdidisse. Iudicibus vero administratione perfunctis ante exactos tres menses discedendi de provincia licentia denegetur, ut aut coram positus bene actae rei fruatur laudibus aut certe, si direptionis alicuius docebitur conscius, se repentini discessus celeritate
16 non subtrahat, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris et praecelsa magnificentia tua ad utriusque provinciae legationem beneficia praesentis legis propositis vulgabit edictis, ut relevati concessa cognoscant, iudices statuta custodiant, prohibiti interdicta non ambiant. EMISSA XI KAL. IVL. ROMAE VALENTINIANO A. VI ET NOMO V̄C̄. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld.* (*incipit* 66 iudicibus, *finit* 69 subtrahat)

59 hii *ΓΔ*, hi *O* atque] et *O* a] ad *Δ* 60 excludantur] exsoluantur *O* limitibus *Δ* 60/61 unius meusis (-sibus *Γ*[a]) ind.] ind. u. m. *O* 61 concedi] non cedi *Δ* ducis] comitis *O* 62 occasione *Δ* reliquiarum] *Γ*, prouinciarum *ΔO* periculum *Γ* 63 promiserit *Γ* 64 commune *Δ* quorum *om. Γ* ita erigendam] iteregendam *Δ*, integrandam *Pithoeus* censuims (*sic*) *Δ* 65 conquesiuerint *Γ* 66 admisistracione *Fuld.* perfuncti *Δ*, perfunctae *O*, percunctis *Fuld.* ante exactos *om. Fuld.* mensis *Fuld.* 66/67 discendendi *Γ* 67 denegitur *Fuld.* ut aut] *Γ*, ita ut *ΔO Fuld.* coram] quorum *Fuld.* fruetur *Γ* 68 derepcione *Fuld.* decebitur *Fuld.* conescius *Fuld.* 68/69 se repentini (*scripsimus*, repetione *Γ*) d. c. non subtrahat] *Γ*, d. c. se non subtrahat (*om.* repentini) *ΔO*, discessus si non subtrait (*om.* repent. *et* celer.) *Fuld.* 69 p̄k̄āā] p̄k̄ā *Δ* iulustre *Δ* 69/70 praecelsa magnificentia tua] p. m. t. *O* 70 praesentes lege *Δ* 71 uulgauit *ΓΔ* releuati] reuera *O* concessas *Γ* indices cognoscant *O* iud. st. custodiant *om. Γ* 72 prohibiti] *Γ Pithoeus*, prohibenti *Δ*, prohibeant *O* ambiant] abnuant *O* 72/73 emissa (*scripsimus*, emissa dat. *libri*) xi k. iul. rom. ualent. a (āā *Γ*) et nomo (numo *ΔO*) ūc̄ (uecariis *Δ*) conss. *libri*

## XIIII [*Haenel* XIII]. DE FRVCTIBVS INTER MARITVM ET VXOREM EXPENSIS FILIIS VEL HEREDIBVS NON INPVTANDIS.

xiiii] *Γ*, xxi *O*, i *Brev.* (*om. X* [*context.*] *CΣ* [*context.*]) maritum] uirum *EΣ* (*context.*) et uxorem] uxoremque *G* expensis ..... inputandis *om. O* expensis *om. Φ Paris. 4411* filiis ..... inputandis *om. Fuld.* filiis] a filiis *Φ* uel] et *L* heredibus] nepotibus *Paris. 4409* non] *sic Γ*, nomine *X* (*context.*), minime *Brev. reliqui* inputaneis *Γ* (*context.*)

Nov. XIIII [*Haenel* XIII; BREV. I] (444 Sept. 11).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Auctoritatis suae memorem amplissimum senatum gratanter agnovimus, cuius consilium inprobis rebus semper occurrit. Hinc est quod nuper inlustribus ac sublimibus viris,

---

1 d̄d̄ n̄n̄. (dn̄n̄ *XC*, d̄n *P*[b]*M*[b], dom̄n nr̄ *Paris. 4413*, dominus n̄t *Paris. 4408*) imp̄p̄. (imperatio *S*, *om. Paris. 4410*)] *HXCP*[b]*M*[b]*SLΨ*[1]*Θ Paris. 4408. 4410. 4413. 4414. 4415*, impp. *ΓΔO et reliqui* ualentinus *G*[t]*SΘ* āā.] aug̅. gaug̅. *G* albino] *sic ΓΔOXC*, ad albino *H*, ad albinum *reliqui*, ad ablauium *S* ii] *sic ΓGS Paris. 4408*, *om. ΔO et reliqui* p̄p̄o] p̄f̄o *C*, praef. *E*, preposito *O*, praepositum *S*, p̄p̄m *Paris. 4410*, pfū. *G* 2 suae] tuae *E* memorem] merorem *E*[v], maiorem *E*[t] 3 rebis *H* hinc] hic *G* ac *om. Γ* uiris] iuris *XL*

quos evocari ad sacratissimum comitatum utilitas publicae necessitatis exegit, nobis suggerenda mandavit, ne abhorrenda usurpatio ab omni honesta conversatione vires
1 diutius obtineret. Conperimus enim quasdam post maritorum obitum filios suos proposita indecora actione nudasse, cum ab his patrimonii sui fructus quaererent, quos utique stante matrimonio in illa aequalitate vivendi in commune consumptos convenit aestimari quorumque ratiocinium perplexum atque confusum ad veritatis fidem discuti posse non credimus. Cumque illud frequentius noverimus accidere, ut maiores expensas flagitet matronalis ornatus, et cum numquam viri post uxorum obitum huiusmodi aliquid credant communibus filiis obponendum, durum est muliebri tantum licentiae ista permitti.
2 Ideoque, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), inlustris et praecelsa magnitudo tua hac edictali sciat nos lege sanxisse, ne de coniugii copula eorum alter superstes defuncti heredes super hac repetitione redituum aestimet lite pulsandos. Hac enim condicione et uxores teneri volumus et maritos. Sive enim intercesserit dos seu oblata non
3 fuerit, omne iurgium huiusce repetitionis et ratiocinii conticescat. Hanc autem legem utilitati et concordiae humani generis profuturam edictis per provincias propositis amplitudo tua in omnium notitiam faciet pervenire. DAT. III ID. SEPT. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. XVIII ET ALBINO V̄C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Si vir uxore superstite moriatur, fructus, quos stante coniugio constat expensos, nullam postea a communibus filiis seu ab heredibus mater repetendi habeat facultatem.

---

4 necessitatis publicae *O* exegit] exigit *ΔPML*, exigere *E* 5 suggerendam *Γ*; *malumus* suggerendum abhorrenda] aboriende *L*; *malumus* abolenda usurpatio *post* honesta *O* omni] omni homine *L* uiris *L* 6 diutius] ditius *X* optenerit *L*, optinere *E* quasdam] quosdam *GXCPM*; *excidisse videtur* matres *simileve vocabulum* maritorum] maritorum suorum *O* obitu *Δ* suos *om. O* 6/7 proposita] proposita et *E*, *om. S* 7 indecora actione] inde oratione *G* sui] suis *L* fructus] facultates *Pith. (ad Cuiac.)* quaereret *G*, quaerent *E* 8 stante] stantem *Γ*, instante *E*, in tante *S* comsumptus *Γ*, consumptus *EMSL* extimari *H*, stimari *L* 9 quorumque] quorumcumque *ΔE* raciotinio *G* ad *om. Δ* 10 cumque] cum *Δ* illud] in illud *GXCPM* accidere] *O*, accedere *ΓΔ et reliqui* 11 matrimonialis *L* numquam] *ΓΔESL*, nonnumquam *O et reliqui* uiri] uiros *G* uxorem *ΓM* obitum] habitum *E* 12 obponendum] opprimendum *GPM* muliebri] muliebre *Γ*, mulieri *ΔHGE Pith. (ad Cuiac.)* licentia *ΔPM Pith. (ad Cuiac.)*, licentiam *GS* ista] sta *H*, *om. GS* permittere *L* 13 ideoque] *ΓES*, et ideo *ΔO et reliqui* pkaa] p̄r āq ām *L*, pār. (parens *E*) k̄a *ΔE*, parens kme *H*, parens karissime auguste *S* 13/14 inlustris (-stra *Δ*) et praecelsa magnitudo tua] promulgata *H* praecelsa magnitudo tua] *sic ΓES Pith. (ad Sichard.)*, p̄m̄c. *XC*, pm tua *PM*, pre. m. t. *O*, p̄clā Infat *(sic) L*, precelsa magnificentia tua *Δ*, magnificenā auct. *G* 14 hac] haec *GL*, hanc *Γ*, *om. E* aeditali *ΔC* sciant *EC* de *om. G* copula] culpa *G* eorum *om. O* aliter *H* superstis *ΔESL*, suprestes *H*, superstites *G*, superstitis *PM* 15 heredis *S*, heres *GPM* hec *Δ* pepetione *G*, repetione *S* reditum *ES* aestimet] extimaent *H*, estimet et *Γ* pulsandus *L* haec *E*, hanc *G* 15/16 conditionem *G* 16 et uxores] ut uxores *ΔE* tenere *ΓL* maritus *E*, maritis *L* siue enim] siue etiam *ΔE*, siuetiam *S* intercescesserit *P* oblata] oblata marito *H* 17 omne] omnium *Γ* huiusce] huiusmodi *O*, huiuscemodi *S*, here ab huiusce *M* repetionis *Γ* raciotinii *G* contice(-i *ΔGXPML*)scat] conticessat *S*, conclusa conticescat *H* 18 humane *Γ*, humano *S* generi *ES* profutura *H* prouinciam *C* 19 in *om. H* faciet] faciat *ΔGS*, precipiat *O* 19/20 dat. iii (iiii *ΔΩ Paris. 4408. 4414. 4415*, ui *Leid.*, *om. E*) id. (k̄. *Leid.*) sept. (febr. *Paris. 4414. 4415*) *(hic finit L)* raū. (rauennae *O*, rauenna *H*, *om. Paris. 4409*) d. n. (dom̄. n̄r. *Leid.*, domno *Paris. 4408*, dominis *Δ*, dd n̄n̄ *Paris. 4409*, dn̄n̄ *G*, *om. ΓO et reliqui*) theod. a. *(om. Paris. 4413)* xuiii *(sic OHE Paris. 4408. 4410. 4414. 4415*, uiii *Γ*, xiiiii *Δ*, xuiiii *Paris. 4411. Pith. [ad Cuiac.]*, xui *G Pith. [ad Cuiac.]*, xiiii *Pith. [ad Sichard.]*, xuii *reliqui*, *om. S)* et albino (abbino *Ξ*, ad albinum *Paris. 4414*, ablauio *S*) ūc̄. (ūū c̄c̄ *PM*, uic. *XΩΣΞ Leid. Paris. 4414*, *om. GES Paris. 4410*) conss. *(om. Paris. 4410. 4414. 4415) libri* 21 interpretatio] explanatio *Δ* uir] quis *Δ* uxorem *GΞ Fuld.* superstitem *G Fuld.*, suprestite *H*, stetite *Ξ* fructos *ΔΣ²*, fructuae *Fuld.*, *om. S* stante] tante *S*, ante *ΔΣΞ*, manentem *Fuld.*, extante *E*, constante *H Paris. 4409* coniugio] coniugium *Σ²*, matrimonio *E* consta *Fuld.* 22 expensos] esse expensos *Δ*, expensis *Ω*ᵇ, expensus *Fuld.*, sponsus *Ω*ᵃ*Σ¹Ξ* postea] posteam *Σ¹*, potest ea *Ξ* repetendi mater (matrem *Σ¹*) *G* facultate *Ξ*

**Quod et si uxor vivo marito decesserit, maritum praecipit eadem lege constringi, ut et ipse a filiis vel heredibus uxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat.**

---

*Γ.* — BREV. (*ΔO [om. int.] HGEXCPMSL; Φ et decurtati omnes textum omittunt, Fuldensis interpretationis frusta proponit* [21 si uir . . . 22 filiis, *deinde* 24 penitus nihil requirat]).

**23** quod (*om. G*) et si] ut et *Σ¹*, quod et *Ξ*   discesserit *ΔHES*   marito *G*, maritus *S*   praecepit *EΨΘΣ¹Ξ*, praecipiat *GXCPM*   legem *ΔΞ*   et ipse] et ipsi *Ξ*, ipse *ΨΘ*   **23/24** a filiis] filiis *Ξ Paris. 4409. Pith. (ad Cuiac.)*   **24** uel] uel ab *ES*   uxores *Δ*   expendi *S*, expinxi *Ξ*   nihil (nil *ΔC*, non *Π*) poenitus *G*   requirat] quaerat *PM*, sequerant *Fuld.*

# XV [*Haenel Theod.* XXVII]. DE SILIQVARVM EXACTIONIBVS.

*Novellam* 'de siliquarum (*sic Cuiac. [obss.] Pith. [Dupuy] in margine,* reliquarum *Pith. [Dupuy]*) exactionibus' *Valentiniani, non Theodosii esse ex loco, quo eam repperit Cuiacius, apparet (v. infra p. 100).*

Nov. XV [*Haenel* Theod. XXVII] (*inter* 444 Sept. 11 *et* 445 Ian. 18).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. . . . Cum pietatis nostrae animo ad quaerenda remedii publici adiumenta perpetuae cogitationes se ingerant, nihil tam necessarium cura serenitatis nostrae perspicit, sicut omnium sensibus non dubitamus occurrere, quam ut defessis rebus adflictoque publico statu robur numerosi exercitus praeparetur. Sed nec tam salubris, in qua omnium plenae securitatis fundamenta ponenda sunt, per varia erogationum clementiae nostrae conatu modo raturus, ut ipso experimento non modo his, qui novis sacramentis obligantur, sed ne veteri quidem exercitui quae ab exhaustis aegerrime conferuntur ad victum vel ad vestitum posse praeberi: quos nisi indigna et pudenda armato homini negotiatio aluerit, vix possunt a famis periculo et a frigorum pernicie vindicari. Quae ergo his angustiis remedia providenda sint, mens nostrae serenitatis exaestuat. Nam si a possessore super alia, quae praestat, has expensas requirat, ultimas tenuesque eius vires conpulsio talis extinguet; si a mercatoribus rursus hoc efflagitet, necesse est eos depressos tanti oneris mole succumbere. Inter haec animo fluctuante hanc viam reperimus, primum cuius levissima functio publici quaestus habeat magna conpendia, deinde quae ad universos pertinens a paucis intolerabilia damna submoveat atque ita sine sensu dispendiorum sit, ut, cum plus hinc publicae utilitati conquiri valeat, nullus se speciatim queratur adfligi et neque a tenuissimis possessorum
1 reliquiis vel defectu miserabili negotiatorum quicquam inpossibile postuletur. Placuit itaque, ut omni venditione per solidum dimidia siliqua ab emptore, dimidia a venditore per omnem contractum aequaliter publico conferatur: in omnibus mobilibus inmobilibusque rebus venditiones tantum emptionesque dumtaxat tali condicione.
2 Tam bonus rei effectus aliter non poterit provenire, nisi huic muneri certi, qui praeficiendi sunt, eligantur communi procerum nostrorum consilio atque tractatu; quod electionis iudicium renovabitur circa eos, qui in aliorum locum adlectionis augmento voluerint subrogari. Per singula igitur negotiationum genera singulos praeponi oportere hac edictali lege

---

**1** *inscriptio suppleta est a Cuiacio,* **AA** *tantum exhibet Pith. (Dupuy)*   **3** dubitamus] *Pith. (Dupuy) in margine,* optamus *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy)*   **4** statu] *scripsimus,* tantum *traditur*   **5** sed . . . . **6** raturus] *haec sanari nequeunt hiulca et corrupta; possunt fuisse sic fere:* sed nec tam salubris, in qua o. pl. sec. fundamenta ponenda sunt, per uaria erogationum clementiae nostrae [genera rei ordinationem perficere potuimus nec quisquam inuentus est eam suo] conatu mod[e]raturus   **6** ut ipso experimento . . . . **8** praeberi] *haec quoque hiant; sic fortasse* [illegible]de: ut ipso experimento non modo his [illegible]uis sacramentis obligantur, sed ne ueteri quidem exercitui quae ab exhaustis aegerrime conferuntur[sufficere uideantur neque inde necessaria] ad uictum uel ad uestitum posse praeberi   **9** homini] *scripsimus,* nomini *traditur*   aluerit] *Pith. (Dupuy) in margine,* aleret *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy)*   possunt] *sic* 'v(etus) c(odex)' *Pith. (Dupuy) in margine,* possent *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy)*   **10** sint] *Beck,* sunt *traditur*   **14** leuissima] *Pith. (Dupuy),* lenissima *Cuiac. (obss.)*   **21** tantum] *scrib.* fiant   **23** concilio *Cuiac. (obss.)*   **24** renouabitur] *scripsimus,* reseruabitur *traditur*   adiectionis *traditur*

decernimus, quos fides atque industria huic officio sustinendo idoneos conprobaverit.
Utilius quippe est distributis procurationibus mercium omnium, ut in talibus rebus fieri
solet, depulsa permixtionis caligine apertius et liquidius declarare, quid quisque pro
3 conducta mercium nundinatione dependat. Omnis autem contractus, qui clanculario
vel emente vel vendente in fraudem legis initus fuerit, careat firmitate. Quod ne fiat,
ea ratione prospicimus, ut gestis municipalibus inmobilium rerum contractus constet
initus, mobilium vero emissis pittaciis transigatur: et is, qui praepositus fuerit huic
muneri, profiteatur se id, quod per hanc legem conpendiis publicis decretum est, con-
4 secutum, ita ut post annum securitatis amissae discussio minime requiratur. Qui si a
tabellione vel contractoribus conventus ad gesta venire distulerit, inlato curialibus, quod
huius edicti lege inferendum est, venditio perfecta stabilitate nitatur: ille autem, qui
huic rei praepositus spe lucri proprii publicum commodum putaverit differendum, tali
adficiendus incommodo est, ut tantundem ipse fisci viribus inferat, quantum de ipso con-
tractu, cui conventus praesentiam suam negavit, a contrahentibus publico fuerit inlatum,
quod ab eo magistratus et curiales exigere curabunt; quam poenam neque ordines
effugiant neque moderatores provinciarum, si qua ipsi fraude vel conludio publica
5 emolumenta distulerint. Sed haec, quae tam salubriter ordinamus, in omnibus pro-
vinciis atque urbibus una eademque volumus ratione servari: quod absque ullius erroris
inpedimento explicabitur, si certae nundinae civitatibus earumque territoriis ordinentur.
Iubemus enim et in oppidis et in regionibus certo loco ac tempore emendis atque ven-
dendis rebus per honoratorum dispositionem nec non ordinum seu civium sub praesentia
moderatoris provinciae manifesta definitione constitui. Nulli itaque mercatori praeter
hanc observationem nisi ad designata loca temporibus praestitutis ad negotiationis suae
species distrahendas passim licebit accedere, uti certa ratio emendi atque vendendi ibi
constare possit, ubi nundinandi ius provincialium tractatu fuerit deputatum et id, quod
praeberi supra statuimus, facilius eorum, qui praepositi fuerint, valeat diligentia reperire.
Quae vero ex his supplenda et minutius ordinanda sunt, amplissima . . .

---

*CVIACIVS Observationum libro 16 (in editione operum eius [Neapoli 1722] tom. III p. 472 sq.) c. 23 ('de siliquarum exactionibus'):* 'Inveni id (onus siliquatici) primum definisse Theodosium et Valentinianum . . . edicti eorum verba quae reperi haec sunt' *(sequitur novella). PITHOEVS manu sua in cod. Parisino Dupuy 702 fol. 117:* 'In vet. scheda Cui(aci) post no. Valentin. de fructib. inter maritum et uxorem expensis *(nobis nov. Valent. 14 [13])* et cum interpretatione ut edita est in C. Th. *[ed. Cuiac. 1566, nobis Cui. ed. 1]* pag. 550 seq[t].' *Sequitur manu diversa:* 'de reliquarum exactionibus'; *in margine adnotatur:* 'siliquarum Cassiod. lib. 4 [ep. 19] var.'. *Pithoeus videtur textum descripsisse (Pith. [Dupuy]) ex exemplo Cuiaciano non impresso, sed scripto, deinde emendasse (Pith. [Dupuy] in margine) ad codicem.*

**32** pictaciis *traditur* **36** edicti lege inferendum] *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy),* edicit ualituras dum 'u(etus) c(odex)' *Pith. (Dupuy) in margine; fortasse scrib.* edicti ualitura s[emper lege inferen]dum **40** ab eo magistratus] *Cuiac. (obss.),* ab (eo 'v. c.' *in margine*) magistratu *Pith. (Dupuy)* et curiales] *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy),* ex curialis 'v. c.' *Pith. (Dupuy) in margine*

**43/44** ullius erroris inpedimento] *Cuiac. (obss.),* imp. ull. err. *Pith. (Dupuy)* **48** hanc obseruationem] *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy),* obium conuersationem 'v. c.' *Pith. (Dupuy) in margine; fortasse scrib.* praeter obuiam conversationem **49** uti certa] *Pith. (Dupuy) in margine,* ut certa *Cuiac. (obss.),* ut incerta *Pith. (Dupuy)*

## XVI [*Haenel** XIIII]. DE PRETIO SOLIDI ET NE QVIS SOLIDVM INTEGRVM RECVSET.

xui] *Phill. 1735* ('de pretio solidi et reprobati .... in libro nouellarum habetur xui'), u *O*, theod. xxu **ΔΔ Fuld.* et ...... recuset] et reprobati *Phill. 1735, om.* **ΔO* ne] nec *Fuld.* solidum] in solidum *Fuld.* integre *Fuld.* recusit *Fuld.*

Nov. XVI [*Haenel* XIIII] (445 Ian. 18).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD P(OPVLVM) R(OMANVM). Frequens ad nos, Quirites, temerarii ausus querela pervenit, ut in parentum nostrorum contumeliam insigniti solidi eorum nominibus ab omni emptore recusentur: quod diu inpunitum esse non patimur. Hoc ergo edicto agnoscat universitas capitale manere supplicium, si quisquam vel domini patris mei Theodosii vel sacrarum necessitudinum nostrarum vel superiorum principum solidum aureum integri ponderis refutandum esse crediderit vel pretio minore taxaverit. Vir autem inlustris praefectus urbis eiusque officium decem lib(rarum) auri dispendio subiacebit, si quemquam contra hoc statutum venisse fuerit adprobatum.
1 Quo praecepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne umquam intra septem milia nummorum solidus distrahatur emptus a collectario septem milibus ducentis. Aequabilitas enim pretii et commodum venditoris et omnium rerum venalium statuta
2 custodiet. De ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur, a nobis dabuntur exagia, quae sub interminatione superius conprehensa sine fraude debeant custodiri. ET MANV DIVINA: PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRI POPVLO ROMANO. ET AD LATVS: DAT. XV KAL. FEB. ROMAE VALENTINIANO A. VI CONS.

---

*ΔO Fuld. (incipit* 6 (si quis) solidum, *finit* 8 subiacebit*). Epit. Monachi (cod. Berol. Phill. 1735 = Lat. Berol. 160 [Rose] fol. 157ᵇ) praeter inscriptionem et subscriptionem textum exhibet breviatum (incipit* 6 (si quis) solidum, *deficit* 12 custodiet*).*

1 ad pr̄.] *sic Phill. 1735,* edictum ad populum urbis romae *ΔO* 2 queritis *Δ* 2/3 insigniti *post* nominibus *O* 4 cognoscat *O* capitale] c. eum *Pithoeus* manere] minore *O* quisquam] quis *Fuld. Phill. 1735* 6 integri (-gris *Fuld.*) p. ref. e. crediderit] integri ponderis et certe monaetae ausus fuerit reprobare *Phill. 1735* 6/7 uel pretio minore (-ri *libri*) taxauerit] *om. Phill. 1735* 7 uir a. inl. (inluster *Δ*) .... officium] *om. Fuld. Phill. 1735* lib.] l̄b *Phill. 1735,* librarum *O Pithoeus,* libras *Δ,* liberas *Fuld.* 8 si quemquam .... adprobatum *om. Phill. 1735* 9 illo *Δ* in perpetuo *O, om. Phill. 1735* continere *Phill. 1735* 10 numerum *Phill. 1735* solidos *Δ* collectariis *Phill. 1735* 11 aequalitas *O Phill. 1735* omni *Δ* uenalia *O; fortasse scrib.* venalium pretia 12 amputetur] auferatur *O* dabuntur] aguntur *Δ,* agentur *Pithoeus* exacta *O* 13 et manu ... 14 ad latus *om. Phill. 1735* 15 romae *om. Phill. 1735* ualentiniano a. ui] *sic Phill. 1735,* ual. a. quinto (u ā. *Δ*) *ΔO* cons. *om. Δ*

## XVII [*Haenel* XVI]. DE EPISCOPORVM ORDINATIONE.

xuii] xu *Γ*, iiii *O*, theod. xxiiii **ΔΔΣ Fuld.*, theod. xuiiii *Ξ* ordenacione *Fuld.*, ordinationem *Ξ* *pro rubrica* de primatibus ecclesiae chatholicae *Col.*, constitutio ualentiniani imperatoris *Deusd. (in margine).*

Nov. XVII [*Haenel* XVI] (445 Iul. 8).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AETIO VIRO INL(VSTRI) COM(ITI) ET MAG(ISTRO) VTRIVSQVE MILITIAE ET PATRICIO. Certum est et nobis et imperio nostro unicum

---

1 d̄d̄. nn. (dōm. n̄s. *Col.*, *om. reliqui*) impp. (theudotius *Col.*) et ualent. aa.] imp. ual. a. *om. Γ* 1/2 aetio (etio *O*, accio *Ξ Cui.*) ... (uir *Σ*) inl. cōm. (*sic ΣΞ*, comiti *O*, ...) mag. (magn̄ *Ξ*) utriusque militiae *Δ*, mil. [militum *Δ*] utr. *reliqui*) et patricio (et patr. *om. ΣΞ Cui. ed. 1*)] *ΔOΣΞ*, aetio patricio *Col.*, omnibus sub imperio aeternae urbis r. ubique terrarum degentibus *Deusd.*, *om. Γ* 2 et nobis] nobis *Δ* imperium nostrum *Γ* unum *Σ*[1]

esse praesidium in supernae divinitatis favore, ad quem promerendum praecipue Christiana
fides et veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis apostolicae primatum
sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et Romanae dignitas civitatis,
sacrae etiam synodi firmasset auctoritas, ne quid praeter auctoritatem sedis istius inlicita
praesumptio adtemptare nitatur (tunc enim ecclesiarum pax ubique servabitur, si recto-
rem suum agnoscat universitas), et haec cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita,
Hilarius Arelatensis, sicut venerabilis viri Leonis Romani papae fideli relatione conperi-
mus, contumaci ausu inlicita quaedam praesumenda temptavit et ideo transalpinas
1 ecclesias abominabilis tumultus invasit: quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius
enim, qui episcopus Arelatensis vocatur ecclesiae, Romanae urbis inconsulto pontifice
indebitas sibi ordinationes episcoporum sola temeritate usurpantis invasit. Nam alios
**45** siue filii .... **46** ingratitudinis] seu filiis statim *Fuld.* iniuriae] in iure *S* **46** ingrauitudinis *Ψ'Θ* seruicio *Fuld.* casus] causa *G* **47** quasi] qualis *Ψ'Θ* alios] filios *G* proponatur] deponatur *Paris. 4409* successoribus *G* **48** libertorum] liberorum *GS* censuit] censuimus *G* obseruandum] obseruari dum *PM* **49** si] siue *S* habuerit *Ψ'Θ* integra *E* **50** neque] nec *Paris. 4409* fili *S* neque] nec *Paris. 4409* ulla] in ulla *S* **50/51** uen. p. ratione] poterunt rationi obsistere *G* **51** libertus] libertis *E*, liberti *Fuld.* libertaue (libetaue *G*)] libertaque *ES*, *om. Fuld.* qui defuncti] quae defuncta *G* filius *Fuld.* habuerint] *ΔGESΩΞ Pith. (ad Cuiac.)*, habebant *Paris. 4409*, abeant *Fuld.*, habebunt *reliqui* et testari ... **52** uoluerint *om. Fuld.* **52** uoluissent *XC* tertium *S* falcutatis *Δ*, facultatem *Fuld.* manumissorem *Fuld.* qui ex ... **53** fuerint *om. Fuld.* masculis] masculo *GPM*

nati fuerint, derelinquant. Filias vero manumissoris earumque filios et nepotes ab hac hereditate salva pagina testamenti securi, si voluerint, praetermittant, quia feminae ad istas hereditates penitus non vocantur: nisi forte illi liberti de duabus partibus pro gratia aliqua filiabus vel nepotibus ex filia patronorum suo voluerint conferre iudicio. Si vero liberti nec filios dimiserint nec nepotes, si patrem matrem fratrem sororem et ipsos libertos civesque Romanos factos esse constiterit, quos superstites derelinquunt, tunc medietatem sibi patroni heredes vindicent et medietatem de suprascriptis personis de gradu defuncti liberti qui proximior invenitur. Nam si liberti qui cives Romani fuerint vivo manumissore decesserint, si sine voluntate patroni condere voluerint testamenta, penitus non valebunt, quia auctoritati manumissorum omnia lex ista servavit. Contra filios vero vel nepotes nec libertus nec liberta testimonium dicere in quacumque causa praesumant: quod si fecerint, licet recipi nulla liceat ratione, tamen quicumque liberti contra filios vel nepotes patroni contrarium testimonium dederint, puniantur.

---

*Γ.* — BREV. (*ΔO[om. int.]GEXCP[incipit* 18/19 adhibemus*] MSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.]; decurtati omnes textum omittunt; Fuldensis interpretationis frusta exhibet [primum finit* 46 reuocentur, *alterum continet* 51 libertus . . . 53 derelinquant, *tertium* 60 si liberti . . . 61 ualebunt, *ultimum* 64 liberti . . . puniantur*]; ad vv. 29sqq. pertinent legis Visigoth. 5, 7 c. 13 et 14). — Cf. quae Mommsenus in Theodosiano p. CIII adnotat ad Berol. Lat. fol. 270 f. 16.*

53 fuerint] sunt *C* derelinquent *Fuld.* manumissoris (-ores *Δ*)] manumissorum *GPM* 55 de] pro *G* pro gratia] *plerique*, per gratiam *Pith.(ad Cuiac.)*, p̄rogatiua *Paris. 4409*[a] 56 suo (suae *E*, suorum *Pith. [ad Cuiac.]*) uoluerint] uoluerint suae uoluntatis *S* conferri *ΨΘ* iudicium *Δ* filios] filios nec filias *G* 57 matrem] *ΔELΩΞ Paris. 4409*, uel matrem *reliqui* fratrem *om. G* libertos] liberos *G EPML* ciuesque] quos ciues *S*, ciues *Paris. 4409* romano *M* 58 factus *M* constiterint *GΨΘ* quos] quod *XCPML* suprestites *ΨΘΩ* derelinquant *GMΨΩ* tunc *om. S* patrone *Ω* 58/59 uendicent *G* 59 medietatem] mediae *G* de suprascriptis personis] *sic Ω*, sibi suprascriptas personas *L*, suprascriptis personis *reliqui* 59/60 qui proximior inuenitur nam si liberti *om. Θ* 59 proximus *C post* inuenitur *add.* adtribuant *Paris. 4409*[a] 60 si *om. Ψ* qui . . . fuerint *om. Fuld.* uiuum manumissorem *Fuld.* discesserint *S*, discenserit *Fuld.* si] se *Fuld.*, et *S* patrono *Fuld.* 61 noluerint *G*[a] testamentum *XC Fuld.* ualebit *Fuld.* auctoritate *EΨΘΩ*, aucte *Δ* manumismissorum *E* omni *S* 62 seruauit] seruabit *ΔXCPMSΨΘΩΞ* filos *P* uero *om. XCPM* uel *om. P* nec libertus] uel libertus *E* nec liberta] libertauae *Paris. 4409* 63 fecerit *S* nulla] in nulla *E* liceat] licebit *G*, debeant *Paris. 4409* ratione *om. G* 64 filius *Fuld.* nepotis *Fuld.* contrarium] si c. *Fuld.* dederint] dixerint *L* puniuntur *Fuld.*

## XXVI [*Haenel* XXV]. DE CONFIRMATIONE LEGVM DIVI THEOD(OSII) AVG(VSTI) QVAE LATAE SVNT POST THEODOSIANVM.

xxui] xxiiii *Γ(lat.)*, xxiii *Γ(context.)*, i *O*, theod. xxxu **ΔΔΣΞ Fuld.* confirmationem *Ξ* legum] *ΓO (context.)*, legum nouellarum (nouelli *Σ [context.]*) **ΔΔO (lat.) ΣΞ Fuld.* diui] diuito *Fuld.*, *om. O* aug̅.] *Γ Fuld. (context.)*, *om. reliqui* q. l. s. p. theodosianum] *Γ*, *om. *ΔΔOΣΞ Fuld; cf. Prolegomenorum caput primum.*

Nov. XXVI [*Haenel* XXV] (448 Iun. 3).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Gloriosissimus principum dominus Theodosius clementiae meae pater leges a se post Codicem nominis sui latas nuper ad nos, sicut repetitis constitutionibus caverat,

---

1 theod. et ualent. aa. (ā *ΣΞ*)] ualentinianus *O* ii *om. OΣΞ* 1/2 p̅p̅o̅ et patricio] *Γ*, p̅p̅o̅ patricio *ΔΣΞ*, preposito (*om.* et patr.) *O* 2 princeps *Fuld.* me *Γ* legis *ΔΣ*[1] *Fuld.* 3 nomina *Fuld.* nuper] nobis *Ξ*, non per *Fuld.* ad nos . . . 4 praeceptione *om. Fuld.* 3 rei petitis *ΣΞ*

prosequente sacra praeceptione direxit, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
1 Inlustris et praecelsa magnificentia tua nostrorum quoque apicum tenorem secuta perferri eas in notitiam omnium cum supradicta venerabili iussione simul missa, quae nihil dubitationis reliquit, tam suis quam provincialium iudicum decernet edictis, ut, sicuti uterque orbis individuis ordinationibus regitur, isdem quoque legibus temperetur. DAT. III NON. IVN. RAV(ENNAE) POSTVMIANO ET ZENONE VV. CC. CONSS.

---

. *ΓΔΟΣΞ Fuld.* (*incipit* 2 gloriosissimus, *finit* 4 direxit)

4 praeceptionem *Ξ* direxerit *ΔΣ*[1], direxiret *Ξ*, direxerat *Σ*[2], dixerit *Fuld.* pkaa] pka *Δ* 5 inlustra *Δ*, illustris igitur *O* et] ut *Σ*[2] magnificentiam tuam *Ξ* tenore *Ξ* 5/6 perferre eas *Σ*[1], perferret eas *Σ*[2], perferras *Ξ* 6 in notitiam] innocentiam *Ξ* uenerabile *ΓΔΞ* 7 reliquid *Γ*, relinquet *ΔΟΣ*[1]*Ξ*, relinquens *Σ*[2] iudicium *Ξ* decernit *ΓΣΞ* secuti *ΓΔΞ*, sicut *O* 8 urbis *ΓΔΣΞ* ordinationibus *om. Γ* hisdem *ΓΔΣΞ*, iisdem *O* 8/9 dat. iii (*om. Ξ*) non. (nn *Γ*) iun. (*sic Γ*, mai. *ΟΣΞ*, *om. Δ*) rau. postumiano (postuniano *Δ*) et zenone (*sic Γ*, genone *ΟΞ*, gennone *Δ*, genoane *Σ*) uucc (*edd.*, uc *Γ*, *om. ΔΟΣΞ*) cons. *libri*

# XXVII [*Haenel* XXVI]. DE TRIGINTA ANNORVM PRAESCRIPTIONE OMNIBVS CAVSIS OPPONENDA.

xxuii] *O (context.*[1]*)*, xxu *Γ(lat.)*, xxiiii *Γ(context.)*, xxuiii *O (lat. et context.*[2]*)*, uiii *Brev.* (*om. C*) triginta annorum praescriptione (perscriptione *Γ [context.] N [lat.] X [lat.]*, perscriptionem *G*, praescriptionibus *Ξ [context.] Fuld. [context.]*)] prescriptione tri(-e *Δ*)ginta annorum *ΔL (context.)*, triginta pr. an. *C (lat.)* omnibus (*om. Ξ Fuld. [context.]*) causis (litibus *L[context.]*) opponenda (obponendae *Ω*, op(p)onendam *X [lat.] L [context.] Ξ*, opponendas *Leid.*, opponendis *Γ [lat.]*, opponenda principum *Fuld.*)] *om. O.*

Nov. XXVII [*Haenel* XXVI; BREV. VIII) (449 Iun. 17).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. FIRMINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Boni principis cura vel prima vel maxima est quietem provincialium propitia sollicitius mente tractare, quibus quanto plus fuerit humanitatis inpensum, tanto pronius amor devotionis incumbit. Haec est enim natura mentis humanae, ut quod amittit ex commodo conpenset in gratia et animos praestitis largioribus interiore quodam vinculo caritatis obstringat. Iuvat itaque iuris perpetui enfyteutici patrimonialis, iuris rei publicae vagas aeternasque calumnias et nullo temporum fine conclusas certis et designatis terminis limitare. Quam nobis necessitatem ferendae legis iusta inposuit querimonia plurimorum.

---

1 imp̄ p̄p̄ *Paris. 4409*, imp̄ *E* theod. et ualent. (ualentinus *S*)] honor. et teodosius *Paris. 4409*, gratianus et ualentinianus *Leid. Paris. 4410* a̅a̅.] a. *D* p̄po] preposito *S*, preposito et patritio *O* 2 est] e̅e̅ *Θ* propitia] propria *GS*, propitiata *Paris. 4409 Pith.(ad Cuiac.)* sollicitius] sullicicius *Γ*, solicitius *Δ*, solliticius *L*, sollicitos *S*, sollicitum *O*, sollitus *G* 3 quantum *ΔΟΦD Paris. 4409* inpensum] inpensio *ΨΘ*, expensum *ES Paris. 4414. 4415* tanto] tantum *EΦΩ*[1]*D Paris. 4409*, quantum *Γ* pronius] plenius *Φ* deuotionis amor *G* 4 naturam *Γ* amittit] ammittit *SΘ*, admittit *GECLΞ* ex commodo] ex quomodo *XCSΞ*, in commodo *GPM* 5 in gratiam *G*, ex gratia *Φ* animus *L* praestitis] prestitos *G*, prestet ut hos *S*, praestites *Ψ* largioribus] *ΔO Paris. 4411 Pith.(ad Cuiac.)*: *fortasse ex emendatione*, largiores (-oris *ΦΩ Paris. 4409*) *Γ et reliqui*, letiores *L* interiori *ΔO*, interiores *G* quoddam *L* uinculum *Γ* 6 iuuat] iubat *ΓΔEXPMΦ*, iubet *GS Paris. 4409* perpetui iuris *O*[a] enphytautici *X*, infitentici *ΔLΩ*[b] *Paris. 4409*, infetheudici *E*, infethenci *Ξ* patrimoniales *ΓSΘ* iuris] *om. O*, *del. Pith.(ad Cuiac.)* publici *Γ* uacas *Γ* 7 et nullo] et nullum *L*, per nullos *O* temporum] tempore *ΔEΦΨΞ Paris. 4410* fine] fini *L*, fines *O* 7/8 limitare] militare *G* 8 necessitate *E* inposuit] composuit *G*

Quis ferat instituti iurgia, quae avi ac proavi nescierunt? quae alia inprobum litigatorem
tam valida defensio submovebit, si possessorem nec saecula in infinitum transacta defen-
1 dent? Praeter tantae aetatis iniuriam vehementer offendit, quod quibusdam nec militiae
suae privilegia suffragantur. Diuturno excubiarum labore perfunctis inpingi contumelio-
sam status conperimus quaestionem et, quos verecundiae adtestatione, natalium splendore
conspicuos praeclara scriniorum officia probaverunt, naevo erubescendae obiectionis urgueri,
emeritos aulicis honoribus viros trahi ad laqueos vilissimi colonatus et tunc periculosius
laborare, quando post continuos observationum labores et residuo vitae optata debent
2 quiete gaudere. Domini vernulas suos fidelius servientes, cum libuerit, iugo servitutis
absolvunt, et, quod esse non poterant qualitate nascendi, manumissionis beneficio conse-
quuntur. Indignum facinus deteriorem condicionem liberis esse quam servis, ut humilis
abiectaque fortuna legibus quod non habebat adquirat, nobilior quod habuit obtinere non
possit. Absit a temporibus nostris, ut id conscientia nostra permittat. Quin immo hunc
nobis gloriae titulum vindicamus, ut nostro studio gravissimae consuetudinis licentia con-
primatur: decet nostris specialiter remediis veternosae valetudinis adversa curare. Medi-
cinae huius laus aeterna contingit, cum nos tam salubris aequitatis auctores aetas et
3 praesens et futura declaret. Ad quam benevolentiam praecipue nos hortata est lex
domini patris clementiae meae Theodosii perennis Augusti, qua virtutum suarum morem
secutus humano generi profunda quiete prospexit constituens post triginta annos nulla

---

9 quis] quis enim *O* instituit *Δ* aui ac] aui *PM*, auiae *O Paris. 4410* nescierunt] nescia Γ$^{a}$ alia] ab *Δ* litigatorum *L* 10 tam *om. S* ualidam *ΔL* submouebit] submouet *ΨΘ Paris. 4409*, submonit *DΞ*, summouit *Ω* in infinitum] infinitum *LΘΩ*$^{1}$*D* 10/11 defendent] Γ, defendant *L*, defendunt *reliqui* 11 praeter tantae (tue tue Γ)] preter-eunte *G*, praetestantae *E* iniuria *G* nec] ne *L* malitiae *D* 12 priuilegie Γ, priuilegio *M* diuturno] diurno *SΦ* laborem ΓΦ perfunctis] per fructus *S* inpingui *S*, inpendi *Paris. 4409* 12/13 contumeliosum *ΨΘD* 13 et quos] quos *G* uerecundiae] uerecunda *Paris. 4410* adtestatione] *sic ΓG XCPL*, adtentione *M*, adtestationem *ES*, attestatio *Pith. (ad Sichard.)*, contestatio *O*, contestatione *ΔD Paris. 4409. 4410. 4411*, contestationem *ΦΩΞ*, constitutione(-nem *Θ*) *ΨΘ* natalium] talium *E* splendore] *GXCPM*, splendor Γ *et reliqui* 14 conspicuos] *XC PM*, conspicuus *reliqui*, conspicuo *G* praeclara (-claras *EXP*$^{a}$ *Paris. 4411*) scriniorum (criminorum *EXCP*$^{a}$, criniorum *Paris. 4411*, scripturarum *Φ*, *om. S*) officia] praeclara (-e *Ξ*) officiorum scrinia *OΨΘΩΞD* naeuo] in aeuo *S*, aeuo *G*, nemo *ΔE*$^{b}$*LΨΘΩΞD Paris. 4409. 4410. 4411*, ne *Φ* erubiscende Γ*Δ* urgeri Γ*CLD* 15 emeritos] emeritus Γ*ΔΞ*, emeritas *Ψ*, emeritis *G*, meritos *EP*$^{a}$*S*, meritis *Φ* aulicis] ac uilis *L* honorius *Paris. 4409* uirus *L*, uero.s Γ trahi] adtrahi *L* uillissimi *Δ*, uerissimi *Paris. 4414. 4415* colonatus] colonium *M* et tunc] Γ*ESL Paris. 4409. 4414. 4415*, tunc *ΔOD et reliqui* periculosius] perniciosius *GEXCPMΦ Paris. 4409. 4410. 4411. 4414. 4415*, laboriosius *O* 16 laborare] periclitari *O* continuos] contimsos *M* obseruationem Γ$^{a}$ laboris *ΔL* et] *om. O Paris. 4409* residuo] residua *PM*, residuae *G*, in residuo *L* optatae *XC* 17 uernulas] uernulos *Paris. 4409*, uernaculos *G*, uernolas nullas (-los *Ξ*) *ΔΘΩΞ* suas *EXCΦ Paris. 4410* fidelius] fidelibus *L*, fideliter *ES Paris. 4409. 4414* seruienteis *C* libuerit iugo (a iugo *Δ*)] liberit iugum Γ, iugo libuerit *O*$^{a}$ 18 et quod] quod *G* poterat *S*, potuerant *Δ* manumissionis] manomissis Γ beneficium Γ 19 liberis esse] liberisque *S* ut] et *E* 20 fortuna] persona *Φ Pith. (ad Cuiac.) et Cuiac. ed. 2* habebat] habe Γ, habeat *ΨΘ* habuit] non habuit *E Paris. 4415*, non habeat *Paris. 4414* obtenere Γ*L* 21 absit a] absida Γ, obsita *Paris. 4410*, absit hac *E*, absit *Paris. 4409* nostris] *om.* Γ*XCPMSLΩ*$^{1}$*ΞD Paris. 4410* id] hic *L*, id quod *ΔEΩ*$^{1}$*D Paris. 4410* nostram *S* permittit *EΩ*$^{1}$*D Paris. 4410* 22 gloriae .... studio *om.* Γ titulo *S* nostro] hoc nostro *G* licentiae *L* 22/23 conpraematur *EΩ*$^{1}$ *Paris. 4410*, *om. ΨΘ* 23 decet] *sic* Γ*ΔE*$^{b}$*P*$^{a}$*SLΩΞ Paris. 4410*, decet enim *OΦΨ ΘD Paris. 4409. 4411 Pith. (ad Sichard.)*, docet nos *reliqui* ueternosae] eterno sue *L*, ut ueterno se *G* 23/24 medicina *C* 24 contingat *G* nos tam] *sic* Γ*P*$^{a}$*ΨΘΩΞD Paris. 4410 Pith. (ad Sichard.)*, nostram *ΔESL Paris. 4414*, nostrae *O*, tam *Paris. 4409*, nostra *reliqui* salubres *SΨΘΩΞ*, salubri *ΔE Paris. 4410* aequitates Γ*ΔESΨΘΩ* auctores (-ris *XCPMS Paris. 4410*, statuta *O*) aetas] auctoritas *GΦ Paris. 4414. 4415. Pith. (ad Cuiac.)* 24/25 et praesens] praesens *G* 25 declaret] Γ$^{b}$, declarat *reliqui* ad *om. OΞ* nos *om. O* lex] *scil. Theod. 4, 14, 1* 26 domini] domini et *Δ* meae] meae et *G Paris. 4410*, nostrae *ΔOΨΘΩ ΞD*, *om.* Γ theodosii *post* augusti *O* qua] quia *Δ*, qui *OE*, quam *Ω* morem] *sic* Γ*O*, more *Δ et reliqui*, mora *Paris. 4410* 27 generi] genere Γ, honori *L* profundo Γ, profundam *Ω* quietem *Ω* post] ut post *E* annos] annorum *GPM* nullam *Ψ*

penitus iurgia, quae medio tempore mota non fuerant, excitari. Cuius invicti principis laudibus etiam praesentem legem necesse est adplicari. Illam namque pia mente praestando viam huic alteri praebuit, qua beneficia eius latius panderentur. Praecipimus igitur propter quorundam pravas interpretationes, quibus sanctio memorata non sufficit, dum minutias iuris et captiosa verba sectantur, ut quae specialiter iussa sunt specialiter abrogentur, cum generalitatis designatio universa consumat, nec aliquid esse possit exceptum, quod non per illud venerabile constitutum hoc peremptorio vocabulo concludatur. Dicendo enim 'omnia' nullum penitus cuiuslibet litis aut causationis fomitem derelinquit.
4 De originariis et colonis, inquilinis ac servis utriusque sexus, peculiis atque agnationibus designati iuris, id est perpetui patrimonialis enfyteuticarii et rei publicae, post triginta annorum curricula nulla deinceps actio moveatur. Et negotium, de quo per expressa
5 tempora sollemniter nemo pulsavit, novum nemo proponat. Quod in omnium consummationem causarum iussum est debere servari. Aequum est enim tot annos sine interpellatione decursos nullo nomine, nulla prorsus occasione subverti. Ac, si constiterit memorati temporis intercessisse silentium, etiam has causas, quae sub fiducia legum praesenti sanctione ablatarum motae sunt nec finitae, huius sacrae praeceptionis auctoritate volumus aboleri, quia, ut inchoari tales nolumus actiones, ita male inchoatas haberi oportet
6 extinctas. Intra haec sane tempora si coepta lis fuerit de originariis vel agnatione cespitis designati, hanc formam erga possidentes servari praecipimus, quae lege divi parentis nostri Honorii de colonis utriusque sexus iuris privati evidenti definitione conscripta est: scilicet ut a persona feminea viginti annorum, a virili triginta repetentem praescriptio obiecta submoveat. Quam et in illa parte observari convenit, quae statuta

---

28 iurgio *E* medio tempore] ante medio temporis *E Paris. 4414. 4415* non fuerant mota *O* excitare *Γ* inuicti] iniuncti *L* 29 lege *G* applicare *E* illam] *OL*, illa *Γ et reliqui* pia mente *om. Γ* 29/30 praestandam *Paris. 4409 Pith. (ad Sichard.)* 30 alterius'ΨΘ, altero $Ω^a$ qua] quia *ΔG*, qui *E*, quam ideo ferimus ut *O* bebeneficia *P* panderetur *L*, penderentur $ΘΩ^a$ praecipimus] praecibus *G* 31 prauas *om. O* interpretationes] interpellationes *E* sanctionem memoratam *L* 32 minutia *Δ*, minutius *E* captiosa] copiosa *G* sectantur] recitantur *G* ut *om. G* 33 consumant *Γ* nec aliquid] hec aliter *L* esse possit (posset *D*, prosit *L*)] possit esse *OΦ Paris. 4409* 33/34 excoeptum *G*, excepto *E* 34 illud] illum *ΓΔGΨΘΩΞD* hoc] haec *XCPM*, et *OG* perempto(-u *Γ*)rium uocabulum *ΓO* 35 dicendo] incendio *Γ* nullo *G* cuiuslibet] cuius *Γ* litis] latis *ΨΘΞ*, *om. L* derelinquet *ΘΩD*, dereliquit *GXCΦ Paris. 4409* 36 de orig. et col. inq. ac seruis (et seruis *GPM*, seruis *O*)] de originariis et colonis hac seruis de horiginariis et colonis inquilinis hac seruis *L* agnitionibus *G* 37 id est] idem *G* enfyteuticarii] enfiteuticariis *P*, infitheutici *O*, enfiteuciarii *ΨΘ*, infet theudec(*vel* -g)arii *E Paris. 4414*, infed theogarii *Paris. 4415* et rei publicae] rei publicae *OG* 38 curriculum *L* negotio *E* 39 nemo puls. solempniter *Paris. 4409* proponet *XC*, praeponat *Θ*, ponat *Paris. 4409* in] *sic ΓΦ Leid.*, et in *reliqui* omnium] omni *G* 39/40 consummationem] *sic ΓΔ Paris. 4410*, consumationum *Leid.*, consummatione *reliqui* 40 iussum est] iussu numero *S*, iustum est *Pith. (ad Cuiac.) et Cuiac. ed. 2* deberi *Ψ' Leid.* seruare *Γ* tot annos] tot annis *S*, post tot annos *E* 41 decursus *ΓΔGΦ*$Ω^a$ *Leid.*, decursis *ES* nulla] nullo *Ψ'Θ* prorsus] protinus $E^a$*S* subuertit *ΨΘ* constituerit *Leid.* 42 intercessisse] intercessit *G* legum] nemo *Ψ'Θ* presentes *S*, praesentis *Ψ'Θ* 43 sanctionem *Δ*, sanciarum *Γ*, actione *Ψ'Θ Vat. 1050* ablatarum] *sic ΓΦD*, ablatorum *XC*$Ω^a$, ablaturum *ΔLΨ'Θ*$Ω^b$ *Paris. 4410*, adlaturum *Ξ*, oblatarum *S Leid.*, oblaturum *E*, latarum *O*, appellatarum *GPM*, ablatarum rerum *Vat. 1050* 44 aboleri] aboliri *PML*, oboleri $E^a$*S* quia ut] qui ut *O*, quia sicut $P^a$*Φ Paris. 4409*, quia *Paris. 4410* inchoari (inquoari *Γ*, inquoar *Paris. 4410*, inchori *P*, inchor *M*) tales (-lis *Paris. 4410*)] tales inchoari *Paris. 4409* nolumus] uolumus *Δ Leid.* male] semel *E* habere *ΓΦΨΘ Paris. 4409* oportet *om. S* 45 haec] hac *ΨΘ* sane *om. O* coepta (cepta *plerique*)] coeta *L*, accepta *G* originariis] originaria *ΨΘ*, originalis *Leid.* uel agnatione (agnitione *G*) *om. Δ* 46 ciespites *Δ*, cespites *Ψ'Θ*$Ω^a$ *Leid.* possidentes] possessori *Φ* praecipemus *Γ*, praecepimus *Ψ'Θ Leid.* lege] *scilicet Theod. 5, 18, 1* 47 parentes $E^a$*S*$Ω^a$ *Leid. Paris. 4409* nostri *om. L* honori *GELΨ'ΘΩ* coloniis *Γ* iuri priuati *S* diffinitione *OΨ'Θ* 48 a] aut *Ψ'Θ*, ad *E*, *om. S* persone $Γ^a$, personam *E* feminea] feminae *XCΦ Leid.* a (*om. Γ*) uirili (uiri *L Leid.*) triginta (*add.* annorum *E*)] aut xxx *G* repetentem] repetente $E^b$, remouentem *G* 49 perscriptio *G* obiecta] obseruata *G* quam et] *ΓΔOSLΩΞD*, quod et *reliqui*, et quam *Leid.* in illa parte] in illam partem *G*, illa parte *S* obseruare *Ψ'ΘΩΞ Leid.* statuta] instatuta *Γ*, instituta *Φ*, statutum $Ω^b$, statum $Ω^a$

7 est de agnatione talium personarum. Et licet rem omnibus causis generaliter profuturam a nemine temerari posse credamus, tamen, ne quos sacrilega temeritas ad subreptionem quacumque conpellat audacia, praesumentes triginta librarum auri poena percellet. Eadem manebit palatinum officium utriusque aerarii nec non officium culminis tui vel cunctarum iudicum provinciarum, ut pari sorte quae salubriter constituimus periculo etiam salutis
8 suae inlibata conservent, Firmine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris et praecelsa magnitudo tua, per quam novimus universitatis quietem studiosa diligentia custodiri, legem cunctis provinciis, universis litibus adplicandam propositis vulgabit edictis, ut post triginta, sicut dictum est, annos perniciosa diversarum omnium causarum propositio conquiescat. DAT. XV KAL. IVL. RAV(ENNAE) ASTVRIO ET PROTOGENE VV. CC. CONSS. P(RO)P(OSIT)A IN FORO TRAIANI XIII KAL. AVG. SVB EDICTO FIRMINI VIRI INL(VSTRIS) P(RAEFECTI) P(RAETORI)O.

Ista lex ideo interpretata non est, quia sequens sub titulo 'de episcopali iudicio et de diversis negotiis' et de tricennio loquitur et omnia, quae hic conprehensa non sunt, evidenter

---

50 est] sunt G  de agnatione (agnitione G) talium personarum] talibus personis O  rem] rem in Paris. 4409, remotis Δ, legem S Vat. $1050^{b}$ Pith. (ad Sichard.), legem hanc Vat. $1050^{a}$  generaliter causis O  51 a nemine] minime $E^{b}$  temerari] timerare Γ, temperara $G^{a}$, temperari $G^{b}$  possit G  tamen ne (neque Δ) quos (quo Γ, om. O, del. $\Omega^{b}$)] quos tamen Ψ', tamen aequo Φ  sacrilega] sacrilegam Γ, sacrilega mentis Leid., sacrilegae mentis Pith. (ad Cuiac.) et Cuiac. ed. 2  52 quacumque] Ψ'ΘΞ Vat. $1050^{b}$ Cuiac. ed. 1, quecumque ΓΩ Vat. $1050^{a}$, cuiuscumque L, quoscumque Paris. 4409 Pith. (ad Sichard.), quamcumque reliqui  conpellet Ψ'Θ  audaciam OL Leid.  praesumentis OG$E^{a}$SLΨΘΩΞ Leid. Fuld.  liberarum Fuld., libras Leid.  poenam G, poene E  percellet] percellat O, percellit EΞ Fuld., praecellit G, precellet S Leid., percelletur Ω Paris. 4409  eandem $E^{b}$  53 palatino officio G  officium utr. aer. nec non om. O  non] non et Φ Leid. Vat. 1050 Epit. Mon.  officii $\Gamma^{a}$  cunctorum ΔOΨ'Θ$\Omega^{1}$ΞD Leid., cunctis GPM  54 iudicum] iudicium ΔNCPΩ Leid. Paris. 4409. 4410  sorte] parte Δ  quae] qua Γ  salubriter] sublimiter S  periculum ΓΦ  55 illibita G  conseruet ΓΦ  firmini Γ Epit. Mon., firminus Φ  pkaa] sic OGXCPM, pka ΔΩD, pr ka Ψ'Θ, par k aug Ξ, pk ΓN, pr aq am L, ppo kl ag Leid., prid. k ags Paris. 4413, parens (om. E) ka adque amantissime E Paris. 4414. 4415, parens karissime atque amantissime S, pater (om. reliquis) Vat. 1050  inlustris] inlustre Δ, illustris igitur O, om. N Paris. 4410  56 praecelsa (preclara Δ) (add. mea E) magnitudo tua] sic verbis perscriptis plerique, pmt et praecelsa magnitudo tua G, pmtua M, pmta P Paris. 4410, pmtam N, p. m. t. O, praecel. mag. XC, pcla mfat L, pcella magnificentia tua Paris. 4409, praeclara mater Φ, prumpta auctoritas tua Paris. 4411  uniuersitates S Leid.  studiosa] custodiam Paris. 4409, om. G  56/57 diligentia custodiri (-dire NΦ Leid.)] diligentiae (-tia X) stude(-i X)ri (-re G) GXPM  57 lege PM  litibus] litoribus G  adplicandum GE  uulgabit] sic OXC$P^{2}$D, euulgauit S, uulgauit ΓΔ et reliqui, uocauit Φ, iubebit L, iubet Paris. 4409  58 ut post] post ut NΩ, et post E  triginta] xxx annos NΩ  dictum] iam dictum D Pith. (ad Sichard.), iam supra dictum Epit. Mon.  annos] quos annos NΩ, annum Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)  59 conquiescat] quiescat $D^{b}$  dat. xu (xui GPM, xii OESΞ Paris. 4414. 4415, om. Γ) kal. (om. X) iul. (hic finit L) rau. (om. G) asturio (sic XCPMSL, astyrio N Paris. 4410, astorio E Paris. 4409. 4414. 4415, austurio Γ, austorio G, asterio reliqui) et protogene (sic ΓONXCΩ Paris. 4408, protogenem Ξ, protogone S, protogeno Paris. 4409, progenio G, proto agente Leid., protegene reliqui) uu. cc. (sic N, uc ΔEΨ'Θ Paris. 4408. 4411, uir cl Paris. 4409, uic cr Paris. 4414. 4415, uic ΩΞ Leid. Paris. 4413, ur D, om. ΓOGCPMS) conss. (vel similiter) libri  59/61 ppa (sic Paris. 4414. 4415, praepo E) (hic finit E) in foro traiani (traiuniani Paris. 4414) xiii (sic Cui. ed. 1, om. Paris. 4414. 4415) kal. aug. (ag. Paris. 4414. 4415) sub edicto (sic Cui. ed. 1, sub id et Paris. 4414. 4415) (hic redit L) firmini (firmine L) uiri (uir Paris. 4414. 4415, om. L) inl. (om. L) ppo (sic L Paris. 4415 Cui. ed. 1, prpo Paris. 4414) (add. coss. L)] habent haec integra Paris. 4414. 4415 cum Cui. ed. 1, frusta tantum exhibent EL, omittunt reliqui  62 ista] haec Θ, transcribenda lex et faciendum (-dam Paris. 4409. 4414) ad finem ista (istam Paris. 4414) E Paris. 4409 [= Bern. 263. Vat. 1048]. 4414. 4415  lex] om. Paris. 4409  ideo] om. Ψ'Θ  quia ..... 64 expressa om. Ψ'Θ  sequens] significatur et sequens (scilicet Breviarii) novella (= 31 [30]; Brev. VIIII) 'de colonis vagis et de advenis' et nov. 'de episcopali iudicio et de diversis negotiis' (= 35 [34]; Brev. XII)  de om. G  et de] et L, ac GXPM, & C  63 de tricennio] tricennio Ω, de triennio G  hic om. Paris. 4409

habet expressa.

---

*Γ.* — BREV. *(Δ O [om. int.] N [redit* 52 eadem manebit*] GEXCPMS [om. int.] L, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.] et ΨΘΩΞ Leidensis [incipit* 36 de originariis*] Paris. 4408. 4409 [= Vat. reg. 1048 = Bern. 263]. 4410 [= Berol. Savignianus]. 4411. 4413. 4414. 4415. 9653 [text. finit* 40 seruari, *redit* 48 scilicet ut, *finit* 55 conseruent; *om. subscr.] Vat. 1050 [text. incipit* 27 constituens, *finit* 55 parens; *om. inscr. subscr. int.]; Fuldensis textus frusta exhibet* [37/38 post triginta . . . moueatur, 52 praesumentes . . . percellet]. — *In codicibus D [Paris. 12445] fol. 199 = Berol. Lat. 82 [Phillipp. 1741] fol. 7 integra novella exstat sub praescripto* 'in libro legum nouellarum diui ualentiniani cap. VIII'. — *Cf. etiam l. Visigoth. 10,2,3* ['ut omnes cause tricennium concludantur']*).* — *Berol. Lat. fol. 270 f. 15 haec exhibet verba ex novellae nostrae § 7 interpolata (vide quae Mommsenus in Theodosiano p. 908 ad Sirmondianam 1, 11 adnotat):* et licet rem omnibus cristianis causis generaliter profuturam neque a comitibus neque ab scabinis siue iudicibus infringere audeant neque sacrilega temeritas uel cupiditas ad subreptionem uel disrumpere aliquem conpellat audacia qui hoc facere praesumpserit XXX librarum au[ri] eum condempnamus ut sit ipsum aurum herario imperatorum profuturum et ne ulterius aliquis nostrum decretum inuiolare praesumat tali pena sit multatus. — *Remittit et ad nostram et ad nov. Valent. 31(30) et 35(34) Theodosiani 5, 18, 1 interpretatio in fine:* quod hic minus est de colonae agnatione in nouellis legibus inuenitur. — *Lex R. Burg. 31 § 1:* de praescriptione temporum constat legibus constitutum, ut tricennalem constitutionem . . . . . custodiant . . . . . — *Theoderic. c. 69.* — *Sidonius Apollinaris ep. 8, 6, 7:* per ipsum fere tempus . . . lex de praescriptione tricennii fuerat proquiritata, cuius peremptoriis abolita rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur. Hanc intra Gallias ante nescitam primus quem loquimur (*sc. Flavius Nicetius)* orator indidit prosecutionibus, edidit tribunalibus, prodidit partibus, addidit titulis . . . .

64 habet expressa (expraessam *N*, et expressa *Δ*, exposita *L*)] habentur expressa *Paris. 4409 Vat. 1048*$^{2}$, habentur *E Bern. 263 Vat. 1048*$^{1}$

# XXVIII [*Haenel* XXVII]. DE PRINCIPIBVS AGENTVM IN REBVS.

xxuiii] *sic Γ*, xii *O (context.)*, xi *O (lat.)*, theod. xxxuii **ΔΔΣΞ Fuld.* agentium *Cui. ed. 1 et Pithoeus* rebus] rerum *Δ* *pro rubrica errore scribit* de nauiculariis *O (context.)*$^{a}$.

Nov. XXVIII [*Haenel* XXVII] (449 Sept. 11).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. OPILIONI M(A)G(ISTRO) OFF(ICIORVM). Libenter accipimus, quotiens necessaria suggeruntur. Tantum enim laudis est veterum statuta servare quantum necessaria provida mente sanxisse; eadem ratio est praestare beneficia et praestita custodire.

1 Igitur sublimitatis tuae, quae magnanimitate sui nostris temporibus proficere iudicat quidquid rationabili sollicitudine providetur, suggestionem sequentes agentum in rebus scholae, quorum labores sollicitudines vigiliae tantae sunt, ut soli quidquid oneris est et profiteri et efficere videantur, hac edictali lege consulimus, ut, quae vetustas pro remuneratione sui praestitit et intercepta iam diu fuerant, consequantur: scilicet ut inconsulto principe, qui ex eadem schola ad obsequia praefecturae praetorianae post infinita discrimina et consumpta aetatis parte meliore pervenit, pri-

---

1 oppilioni *F*, opolioni *Σ*, pilione *Ξ*, eidem opilioni *O* mg. off. *om. O* 2 accepimus *Γ ΔΞ* suggerantur *$\Sigma^{1}$Ξ* laudes *Ξ* ueterum] uirum *Δ* 3 ratio est] rationem *Ξ*, ratio *Γ* 4 praestita] praesentia *Ξ Cui. ed. 1* sublimitatem (-te *Ξ*) tuae *$\Sigma^{1}$Ξ*, sublimitatem tuam *$\Sigma^{2}$* suae *Ξ*, sua *Cui. ed. 1* 5 iudicat *om. Ξ Cui. ed. 1* rationabile sublecitudinem *Ξ* suggessionem *ΔΣ*, subiessionem *Ξ* 6 sollicitudinis *Σ* sunt] *O$\Sigma^{2}$*, sint *$\Sigma^{1}$Ξ*, *om. ΓΔ* 7 oneris (honoris *Γ*) est] honore rem *(sic) Ξ* edicta tali *$\Sigma^{2}$* consulemus *Γ$\Sigma^{1}$Ξ* 8 ut *om. Δ* quae] quod *O* remuratione *Σ* interceptum i. d. fuerat *O* 9 schola] scola *$\Gamma^{b}$*, excola *$\Gamma^{a}$* ad] qui ad *Ξ Cui. ed. 1* 10 praetoriano *$\Sigma^{1}$Ξ* consumptae *$\Gamma^{b}$ΔΣΞ* mel. parte *O* peruenit] et p. *$\Sigma^{1}$Ξ*

mores designati officii nil usurpent, neque praefectianus aliquis summae sumat militiae sacramenta neque matriculis eximatur praeter eius conscientiam atque consensum, ita ut
2 eadem matricula officii praetoriani in principis potestate consistat. De annonis atque emolumentis principibus nihil per iudicum avaritiam subtrahatur. Debent enim plurimis remediis adiuvari, quos novimus, ut ad hoc veniant, plurima pericula sustinere, Opilio
3 f(rater) a(mantissime). Inlustris itaque auctoritas tua haec, quae merito constituta sunt, praecipiet pro sua aequitate servari, ut spe certa recuperandi praemii antiquitus deputati in necessitatibus publicis fidelius elaborent, quoniam, ubi certus fructus est, illic studiosius laborare delectat: multa decem librarum auri statuta, si quis legis huius obviaverit constitutis. DAT. III ID. SEPT. RAV(ENNAE) ASTVRIO ET PROTOGENE $\overline{VV}$. $\overline{CC}$. CONSS.

*ΓΔΟΣΞ Fuld. (incipit* 18 quoniam, *finit* 20 constitutis*)*

11 designat ΔΣ¹Ξ nihil Ξ neque .... 12 sacramenta *om.* Ξ summae *(om. Γ)* sumat] suae praesumat *Cui. ed. 1* 12 matriculus Ξ, matricolus Σ² stimatur Σ¹, estimetur Σ² propter Ξ 13 matriculam Σ¹Ξ potestatem ΓΞ de] et Ξ *Cui. ed. 1* 14 emulaementis Σ¹ per iudicum] Γ *Cui. ed. 1*, preiudicum *O*, preiudicium ΔΣΞ, pro iudicum *Pithoeus* auaritia Δ*O* plurimis] Δ*O*ΣΞ, pluribus Γ 15 opolio Σ, oppolio Ξ 16 $\overline{fa}$] ΓΣΞ, $\overline{fr}$. a. *O*, frat. a. Δ, p.k.a. *Cui. ed. 1* inlustra Δ auctoritate tua Σ, a. t. *O* 17 equietate Γ ut] aut ΣΞ 18 necessitabus Δ publices Γ 19 estodiosius Ξ, studiosus *Fuld.* delecta Γ multam Γ liberarum *Fuld.* huius legis *O* 20 ouiauerit *Fuld.* constetutas *Fuld.*, institutis *O* dat. iii id. sept. rau. asturio (asterio Σ, austurio Ξ) et protogene *(sic* Σ²Ξ *Pithoeus*, protegene Γ, protogeni Δ, protagene Σ¹*)* $\overline{uu}$. $\overline{cc}$. *(sic Pithoeus*, $\overline{uc}$ Γ, $\overline{uic}$ Ξ, uecariis Δ, uictore Σ, *om. O Cui. ed. 1) libri*

## XXVIIII [*Haenel* XXVIII]. DE NAVICVLARIIS AMNICIS.

xxuii Γ, xiii *O (context.)*, xii *O (lat.)*, theod. xxxuiii *ΔΔ *Fuld.* amicis *Fuld.*, *om. O (lat.) pro rubrica errore scribit* de successione curialium *O (context.)*[a].

Nov. XXVIIII [*Haenel* XXVIII] (450 Apr. 24?).

IMP. VALENT(INIANVS) A. EPITYNCANO P(RAEFECTO) V(RBI). Publicis commodis et sacratissimae urbis utilitatibus amica suggestio magnitudinis tuae clementiam nostram more solitae provisionis admonuit, ut naviculariorum corpori per tot detrimenta lassato remedia praestaremus: quorum privilegiis sufficere constituta vetera potuerunt, nisi haec temeritas inlicitae usurpationis infringeret, Epityncane p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
1 Unde inl(ustris) m(agnitudo) t(ua) hac nostri pragmatici sanctione cognoscat iuxta suggestionem suam navicularios, qui munus proprium defugerunt, ad corpus suum cum agna-

1 imp. ualent. ã. *(om. Δ)*] Δ*O*, im$\overline{pp}$. ualent. $\overline{aa}$ Γ: *Mortuo Theodosio II. a. 450 a. d. V. k. Aug. in Occidente Valentinianus III. solus regnavit. Nam Marcianus imperator Constantinopoli a. 450 a. d. VIII. k. Sept. (Mommsen, chron. min. 2 p. 83) non expectato iudicio Valentiniani proclamatus postea demum ab hoc agnitus est (Euagr. hist. eccl. 2, 1 p. 283 B: γέγονε δὲ ταῦτα οὔπω μὲν Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ τῆς Ῥώμης αὐτοκράτορος τὴν ψῆφον ἐπικυρώσαντος, ὅμως δ' οὖν διὰ τὴν ἀρετὴν ἐπιψηφίσαντος). Inlata autem est imago Marciani in urbem Romam a. demum 452 a. d. III. k. Apr. (chron. min. 1 p. 490, 21: iconica Marciani imperatoris Romam ingressa III kal. Aprilis), quocum convenit, quod Marciani consulatum primum a. 451 testimonia ex Occidente aequalia omnia ignorant (chron. min. 3 p. 532). Iure igitur solus Valentinianus nominatur in novellarum Valent. 30—35 [Haenel 29—34] inscriptionibus. Sed aliter res se habet in hac novella, cuius in inscriptione, nisi subscriptionis mensis corruptus est, Theodosius omitti non debuit. Fortasse huiusce legum novellarum libri ordinatores, cum non ignorarent Theodosium mortuum esse a. 450, eius anni constitutionibus omnibus solum Valentiniani nomen praescribendum esse existimarunt.* epitincano Δ*O*, epiticano Γ $\overline{pu}$] Γ, $\overline{pf}$ urbis Δ, preposito *O* 2 utilitatibus] necessitatibus *O* suggessio Δ clementia nostre Δ 3 solitae] Γ*O*, solito Δ 4 praestamus Γ, praestaremur Δ 5 usurpationes Δ infringere Γ, infringerent Δ epitincane Δ*O*, epytincane Γ[b], epyntincane Γ[a] $\overline{pkaa}$] $\overline{pka}$ Δ 6 unde *om.* Γ $\overline{inl}$] Γ, inlustris *O Pithoeus*, inlustre Δ $\overline{mt}$] *O*, mat. Γ, magnitudo tua Δ nostri] Δ*O*, nostra Γ pragmatici] Δ, pragmaticis Γ, pragmatica *O* sanctione] actione Δ iuxta] *O Pithoeus*, ut iuxta Γ, ut iustam Δ 6/7 suggessionem Δ 7 nauicolariis *Fuld.* defugerunt] *scripsimus*, defugirunt *Fuld.*, diffugerunt *reliqui* 7/8 cum agnatione] agnationem Δ

tione et peculiis reducendos, omni vel coniunctionis vel obnoxietatis vel cuiuslibet personae privilegio et defensione submota: eorum, qui sine heredibus obierunt, substantiam
2 quolibet alienatam titulo ab his vindicari, qui memoratae serviunt functioni. Navem nec facere novam nec instaurare intra capacitatem quadraginta cuparum liceat ei, a quo hoc munus videtur esse susceptum. Privatorum naves legitimae capacitatis necessitatem huius functionis singulis cursibus, minores vero binis solidis adiuvabunt, ut necessarium corpus saluberrimae provisionis auxilio sublevatum devotionem solitam redintegratis viribus possit agnoscere. DAT. VIII KAL. MAI. ROMAE VALENTINIANO A. VII ET AVIENO V̄C̄. CONSS.

---

*ΓΔO Fuld.* (7 naucularios . . . 8 reducendos)

8 reducendus *Fuld.* omni uel] omniue *O* 8/9 persona *Γ* 9 defensionis *ΔO* summoto *O* 10 titulum *Γ* uindicare *Γ*ᵃ qui] quia *Δ* functionem *Γ* 11 ei a] *Γ*, *om. ΔO* quo] quibus autem *O* 12 esse *om. O* nauis legitimi *Γ* necessitate *O* 13 minores] mores *Γ* binis] *O Pithoeus*, uinis *Γ*, bonis *Δ* 14 auxilium *ΓΔ* deuotione *Γ* 15 uiribus] urbibus *Δ* 15/16 dat. uiii k. mai. romae ualent. a. (aa *Γ*) uii (*om. ΔO*) et auieno (abieno *Γ*) ūc̄ conss. (*vel similiter*) *libri: cf. quae diximus ad v. 1*

# XXX [*Haenel* XXVIIII]. DE LAMPADARIIS.

xxuiiii *Γ*, xi *O (context.)*, *def. O (lat.)*, theod. xxxui **ΔΔ Fuld.* lampitariis *Fuld. (context.)* *pro rubrica errore scribit* de principibus agentum in rebus *O (context.)**.

Nov. XXX [*Haenel* XXVIIII] (450 Oct. 3).

IMP. VALENT(INIANVS) A. OPILIONI MAG(ISTRO) OFF(ICIORVM). Merito amplitudinem tuam de statutis prodecessorum tuorum contrariis inter primicerium lampadariorum et sequentes eius habitis videmus retulisse, ut, quod pro verecunda moderatione ipse non poteras, nostra sententia definiret. Magnae prudentiae est reverentiam melioribus servare
1 decretis, Opilio f(rater) a(mantissime). Inlustris itaque auctoritas tua iuxta rationabilem suggestionem suam perpendentis et brevia nimis et longiora tempora hac edictali lege nos statuisse cognoscat, ut primicerius lampadariorum tres annos in primatus administratione consistat, quatenus hoc labore perfuncto sequentibus ad processum copia tribuatur, ut neque ille diuturnitate posterioribus onerosus exsistat neque sequentes nimia
2 expectatione languescant. De absentibus quae amplitudinis tuae suggestio patefecit, serenitas nostra confirmat: hoc est ut, si biennio quis afuerit, unum ei, triennio duo, quadriennio tres merito praecipiat anteponi; sin vero quinquennio, matriculis eximatur, ut et desides poena percellat et sedulis observationis suae conpetentia praemia concedantur. DAT. V NON. OCT. ROMAE VALENT(INIANO) A. VII ET AVIENO CONSS.

---

*ΓΔO Fuld.* (13 sedulis . . . concedantur)

1 imp. (imp̄p̄. *Δ*) ualent. ā (a. i *Δ*)] *ΔO*, imp̄p̄. tehud et ualent āā *Γ interpolans: v. quae diximus ad praecedentis novellae inscriptionem* opilioni] *Pithoeus*, opilio *O*, ofilio *Γ*, apolioni *Δ* officii *Δ* 2 prodecessorum] *Γ*, processorum *Δ*, praedecessorum *O Pithoeus* tuorum] nostrorum *O* lampadiorum *Δ* 3 uidimus *Γ*, uidemur *Δ* pro] per *Γ* 4 poteras] *ΔO*, poterat *Γ* sententia definiret (*scripsimus*, definire *Γ*, diffinires etenim *O*) m. pr. est reuerentiam (-cia *Γ*) melioribus *om. Δ* 5 f̄a] *Γ*, f̄r̄a *ΔO* inlustra *Δ* itaque *om. Γ* auctoritas tua] āt *O* iuxta] *Γ Pithoeus*, iustam *ΔO* 5/6 rationabilemque *O* 6 suggessionem *Δ* suam] tuam *Pithoeus* perpendentis] *scripsimus*, perpendentes *ΓΔ*, perpendens *O* hac edictali] hec ditali *Γ* 7 primiceriis *Δ* primatus] *Γ Cuiacius*, priuatos *Δ*, priuata *O Pithoeus* 8 perfuncto] *O*, perfunctos *Δ*, perfunctus *Γ Pithoeus*, perfuncti *Pithoeus* 9 diuturnitatem *Δ* 10 de *om. Γ* suggessio *Δ* 11 si] su *Δ* quis] *scripsimus*, suis *libri; Seeck locum corruptum sic fere sanandum esse putat:* si biennio suis [officiis quis] afuerit] *Γ*ᵇ, abfuerit *O Pithoeus*, afuerat *Γ*ᵃ, adfuerit *Δ* unum ei *om. O* duos *O* 12 quatriennio *Δ* praecipiat] *edd.*, praecipiet *ΓO*, propiet *Δ*, properet *Cuiacius* sin] *Γ*, si *ΔO* quinquenio *Γ* 13 desides] *ΓO Pith. (ed. adnot.)*, desidem *Pithoeus*, de sua *Δ* sedulas *Fuld.* obseruationi *Δ* conpetentia] compendia *Δ Fuld.* premio *Δ* concitantur *Fuld.* 14 dat. u non. oct. rom. ualent. a. (aa *Γ*) uii (ui *Δ*) et auieno (abieno *Γ*, albino *ΔO*) (*om.* ūc) conss. (*vel similiter*) *libri*

# XXXI [*Haenel* XXX]. DE COLONIS VAGIS ET DE ADVENIS.

xxxi] xxui *Γ*, xxix *O*, uiii *Ξ Leid.*, uiiii *reliqui (om. C)* de colonis uagis] *ΓO*, de colonis uagis uel (uel de *L [context.]*, et *ΦΨ¹ [context.] Θ [context.] Paris. 4409. 4413. Fuld. Epit. Mon.*, et de *ES [lat.ᵅ] L [lat.]*) agnatione (-tio *Ψ¹ [context.]*, -tionem *N [context.] Ξ*, -tionibus *S [lat.ᵅ] Φ*) eorum (earum *X [context.]*, *pro* a. e. *habet* eorum agnacione *Fuld. [context.]*) *reliqui* et de (*om. ΓΦΨ¹ΘΣ [lat.] Ξ Epit. Mon.*) aduenis (aduentis *Δ*)] *om. O.*

Nov. XXXI [*Haenel* XXX; BREV. VIIII] (451 Ian. 31).

IMP. VALENT(INIANVS) A. FIRMINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Cum pure et fideliter observari debeant quae caventur in legibus, latam dudum de colonis originariis fucum pati quorundam maligna mente cognovimus. Nam cum is, a quo discessit obnoxius, triginta annorum repellatur obiectu, eundo per hos atque alios designatum tempus absumit: ita contingit, ut, cum illi pereat a quo fugit nec huic ad quem venit possit adquiri, mansionum permutatione desinat esse quod natus est, libertatem, quam nascendo non habuit, fugae sibi adsiduitate defendens. Nulli umquam nisi colono fugitivo culpa
1 sua praemium fuit: ea causa incipit melior effici, qua poenam meretur. Quod tamen sufficit hucusque licuisse. Nam cum prior dominus obice legis excluditur, illi eum iubemus adquiri, apud quem eosdem annos statuti temporis probatur inplesse. Quod si propter conclusionem tricennalem et ad vim praescriptionis eludendam aequaliter habitet per diversos, is eum vindicet iure colonario serviturum, penes quem a die primae fugae triginta annorum posteriora tempora concluduntur; alias huic lucro cedat, cum quo maxi-

1 imp̄. ualent. (ualentinus *S*) ā. *(om. L)*] *sic SL (cf. quae diximus ad nov. Valent. 29 [28], 1)*, imp̄p̄. theod. et ualent. āā. *ΓΔ et reliqui interpolantes*, idem augusti *O* firmino (firmio ā. *Paris. 4408*) p̄p̄o (praeposito *S*) et *(om. N Leid. Paris. 4410)* patricio *(om. Leid. Paris. 4410)*] eidem firmino patricio *O* 2 qua *G* lata *GSL* dudum] legem *O*; *scil. Theod. 5, 18, 1* originariis] et origenariis *Γ* 3 fucum (fugum *ΓN*, focum *Φ*, factum *G*, fu $P^1$, sui *M*) pati] fugati *XC*, corrumpi *O* maligna (malignam *Γ*, indigna *O*) mente] malignante *N*, malignitate *Φ Pith. (ad Cuiac.)* cognouimus] comperimus *O* is] in his *G* a quo] quod *Γ* 3/4 obnoxios $GE^1$; *fortasse collocandum post* nam 4 annos *E* *post* obiectu (obiecto *L*, obiectum *NGXC*) *ins.* is eum sibi uindicet *(sic ES*, uindicat *Cui. ed. 1 cum Pith. [ad Sichard.])* apud quem triginta annos probatur (monstratur *Pith. [ad Sichard.]*) inplesse. si uero aequaliter habitet *(sic Cui. ed. 1 cum Pith. [ad Sichard.]*, habet et *E S)* per diuersos, is eum sibi uindicet *(sic ES*, uindicat *Cui. ed. 1 cum Pith. [ad Sichard.])* penes (paenis *E*) quem triginta annorum tempora concluduntur. alias huic conpetat *(sic ES*, conpetit *Cui. ed. 1 cum Pith. [ad Sichard.])* cum quo maximam tri(-e *E*)cennii partem habitauit *ES et Cui. ed. 1 cum Pith. (ad Sichard.), ex vv. 10—14 huius novellae interpolantes* eundo] eundem *E Cui. ed. 1* hos] hoc *N* 5 absumit] *scripsimus cum O*, adsumit *reliqui*, adsumet *LΦ* contigit *S* ut *om. L* pereat] per ea *N*, per eum *S* 6 mansionum] et mansionum *O*, nam si unum *G* permutationem *G* desinat] designat *Γ* quam] ciuiam *GPM* nascendum *Γ* 7 habuit] meruit *Φ Pith. (ad Cuiac.)* fugae] fugite *G* adsiduitatem *G* defenderis *S* nulli umquam] nullum quam *L* fugitiuo colono *O* 8 melior effici (fieri *L*)] esse melior *O* quam *G* poenam] $OC^2P^2L$, poena *ΓΔ et reliqui* quod] quo *G* 9 hucusque] huiusque *Γ*, utriusque *GPM* licuisse] illis se $GP^1M$ prior *(om. E)* dominus] prior ordo minus *Δ*, priore domino $P^1M$, priorem dominus *G* obice (ob uicem *Δ*, abiecit *G*) legis] obiectae legis *N* excludetur *XCP* eum] enim *G* 10 eodem *N* annus *Γ* statuti] instituti *Γ* probotur *GXPM*, probantur *Δ* implisse *NM* 11 propter] per *E* tricinalem *N* ad uim] aditum *O* praescriptionis] *ΔO et reliqui cum interprete*, perscriptionis *G*, praeceptionis *ΓESL* eludendam (-dum *O*)] cludendam *Γ*, cludendum *M*, excludendam *ES*, eleuandam *Φ Pith. (ad Cuiac.)* habitet] *ΓXCPM*, habitarit *O*, habitet et *N Pith. (ad Cuiac.)*, habet et *Δ et reliqui* 12 is *om. O* eum] autem *C*, aū *X* seruiturum] seruitur *Γ* paenis *E*, poenis *NL* prima *L* 13 annos *E* concludantur *G*, cluduntur *Δ* alias] alias uero *G*, alius *Φ* huic lucro (lucru *N*)] huic uero *L*, ad lucrum huic *Φ Pith. (ad Cuiac.)* cedat] cordat *N*, credat $E^aS$ 13/14 maxima *C*

mam tricennii partem vagus et infidus habitator effecit. Quod etiam de mulieribus
2 originariis aeque vagantibus praecipio custodiri. Colona vero, quae petitori post XX
annorum curricula denegatur, si quem partum ante designatum tempus edidit, priori
domino eum convenit non perire: aequum est ad eum suboles redeat suscepta tunc temporis,
cum adhuc mulier conpetebat, ut damnum amissae matris, quod processu contigit anno-
rum, prolis saltem vindicatio consoletur. Quem casum iubemus vicariorum conpensatione
3 finiri, ne, quod inpium est, filii a parentibus dividantur. Item placet, ut pars, cuius
maritum esse constiterit, pro uxore eiusdem meriti vicariam reddat, quatenus prava
forsitan dominorum obstinatio a faciendo divortio conquiescat, quia et in eiusmodi per-
4 sonis salva et inconvulsa debet coniunctionis adfectio permanere. Sane sicut colonas
commutari posse priora statuta iusserunt, ita etiam de viris licentia sit. Igitur commu-
tationes factas lex nostra confirmat. At si aliqua cessio sine personarum commutatione
praecessit vel deinceps facta fuerit, non valeat, ne ad alterum coloni, ad alium pos-
5 sessio exhausta perveniat. Advenae plerumque tenues abiectaeque fortunae quorun-
dam se obsequiis iungunt, ut, simulata laboris et obsequiorum patientia, accepto sumptu
ac vestitu inluviem et squalorem egestatis evadant. Ubi de angustiis cladis suae humani-
tate et miseratione colligentis fuerint liberati, iam repleti, iam nihil de miseria cogitantes
eligunt feminas ad patremfamilias pertinentes, sollertia forma utilitate meliores; cum
satias ceperit, derelinquunt, non statu priore perpenso, non adsuetudine coniunctionis, non

---

